



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Orationibus lacvlatoriis Libri IV. Ascetici, Seu ad exercitationem spectantes

Balinghem, Antoine de

Antverpiae, 1618

Thesavrus Orationvm lacvlatoriarvm Ex Sacris Litteris Vtrivsqve
Testamenti: Additâ explicatione obscuriorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51085](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51085)

THESAURVS

ORATIONVM

IACVLATORIARVM

EX

SACRIS LITTERIS

VTRIVSQUE TESTAMENTI:

Additâ explicatione obscuriorum.

Mm 2

PRÆ-

PRÆFATIO IN SEQUEN-
TEM THESAURVM.2. ad
Tim. 3.
16.

PRÆCLARE sanè monet Apo-
stolus scripturâ omnē diuini-
tus inspiratam, vtilem esse ad
docendum, ad arguendum, ad
corrigenđū, ad erudiendum in
iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne
opus bonū instructus. Verūm non recenseret
hoc quidem loco (neque verò id erat ei pro-
positum) omnes & singulos sacrarū litterarū
vsus, atque vtilitates. Quis enim ignorat eas
ad orandum non parum vtiliter existere: aut
quis tam est sacrarū rerum ignarus & rudis,
vt nesciat Dei sponsam Ecclesiam, bonam
earum precationum partem, quas tum in
Sacrosancto Missæ Sacrificio adhibet, tum
in Ecclesiastico officio, ex Sacris litteris de-
promptissime?

Intellexit nimirum quā est cęlesti pruden-
tiā, gratissimas sponso suo accidere preces
eas, quæ iis constarent tum verbis tū senten-
tiis, quarum esset ipse auctor & inuentor:
Neque verò minus, his affici orantem, cę-
lestibusque eius mentem oblectationibus
compleri, quippe sunt dulcia faucibus elo-
quia eius, super mel & fauum. Fauus distil-
lans

lans labia eius. Mel & lac sub lingua eius. Pf. 118.
 Labia eius lilia distillantia myrrham primā. 103.
 Guttur illius suauissimum, & eloquium eius Cant. 4.
 dulce. Guttur eius sicut vinum optimum, 11.
 atque vt verbo concludam, totus desiderabilis, siue vt vertunt Hebræi maiore adhuc Cant. 5.
 emphasi, totus desideria. 13. 16.
Cant. 6.

In eandem sententiam S. Augustinus: Ad fratres in Exemio serm. 38
 cras litteras melle omni dulciores, omni pane suauiores, vino omni hilariores affirmat.
 Neque his contentus elogiis: Sapientia est, inquit, omnium sapientiarum scriptura, scientia scientiarum, Angelorum ferculum, Archangelorum pulmentum, Apostolorum gloria, Patriarcharum fiducia, Prophetarum spes, martyrum corona, virginum fortitudo, Monachorum refectio, Episcoporum vacatio, Sacerdotum cellarium, puerorū principium, viduarum doctrina, coningatorum pulchritudo, mortuorum resurrectio, viuentium sempiterna protectio. Hæc est per quam fide ornatur, spe confirmatur, & charitate roboratur. Hæc est quam qui inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino.

Eæ porò preces non ita sunt ab Ecclesia ex sacris desumptæ litteris, vt cōstanter earum, semperque retineret verba: Etenim nonnullâ sæpe in iis factâ mutatione, ea ipsa ad sensus suos adhibet. Quin etiam ea-

M in 3 rum

rum primâ & litterali quam vocant interpretatione missâ, eas ad vsus suos accommodat: quæ quidem notiora sunt, quam vt in ijs probandis diutiùs immorandum sit. Afferam tamen vtriusque exempla, in eorû gratiam, quibus id non est ita exploratum.

Ac prioris quidem generis sunt hæc, Ecclesiæ sanctione sumpturus sacratissimam
Matt. 8. hostiam sacerdos, Centurionis illa ad Christum verba præmittit: Domine non sum dignus, &c. ea facta mutatione quæ proposito congruat: cumque Centurionis fuerit vox (sanabitur puer meus) Sacerdotis est (sanabitur anima mea. Ad hæc: cum introitus Missæ de sanctissima Trinitate peritus sit ex hisce Raphaëlis Angeli ad Tobiam verbis:
e. 2. 6. Benedicite Deum cæli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam: non dubitauit Ecclesia sancto afflata Spiritu, ita ijs ipsis sanctissimæ Trinitati supplicare, Benedicite sit sancta atque indiuidua Trinitas, confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam. Atque hæc exempli tantum causa dicta sint; nemo enim est, cui nō huius generis plurima occurrât; vt & alterius, quo quidem nihil frequentiùs ab Ecclesia vsurpatum.

In introitu missæ de ea.

Argumento sit illud de Psalmo 138. Domine probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam:

meam: quæ quidem cum de se ipso protulisset Regalis Propheta: ea ipsa placuit Ecclesiæ, resurgenti Christo Domino adaptare.

Item quæ grato Ecclesiasticus recolit animo sibi à Deo collata beneficia, imprimisq; liberatum se à pressura flammæ, & in medio ignis non æstuasit: ea ipsa tum D. Laurentio: tum

In officio missæ c. 5. 6.

D. Luciæ, tum alijs etiam voluit applicata.

Iam verò ad Apostolos trahit quæ de Isaac

Eccl. 44
25.

prolata à sancto Spiritu recenset Scriptura:

In missa

& ad sanctos Confessores, quæ Moyse primo & potiori sensu conueniunt.

de vigilia Apostol.

Extra hæc mutationes duas, occurrit &

Eccl.

tertia qua Scripturæ verbis, vt sibi ex ijs precandi sumat formulam, aliquid addit aut

45. 1.

detrahit. Quæ enim ab Angelis laudes, nascenti Christo Domino sunt paucis decantata, quàm varijs auget accessionibus atque

additamentis solemni illo cantico; Gloria

in excelsis Deo.

Occurrit & quarta, qua quidem diuersa

Scripturæ loca ex varijs accersita etiam voluminibus, in vnâ precationem coeunt:

cuius rei (vt cætera omittam) faciat fidem

Antiphona, quam sacerdotibus legendam

ad Magnificat sanciuit Ecclesia in horis vespertinis diei, quæ Transfigurationis festum

antecedit, quæ tum ex cap. 1. ad Hebræos, tū

ex Matt. 17. tū denique ex 2. Petri c. 1. coaluit.

Tanti scilicet Sanctæ Ecclesiæ est, Dei ipsius

Tanti scilicet Sanctæ Ecclesiæ est, Dei ipsius

Tanti scilicet Sanctæ Ecclesiæ est, Dei ipsius

Tanti scilicet Sanctæ Ecclesiæ est, Dei ipsius

Tanti scilicet Sanctæ Ecclesiæ est, Dei ipsius

M m 4 verba

verba efficacitatis plenissima, ad Deū ipsum placandum, permouendumque adhibere.

Quod idē à superioris memoriæ Patribus & cōsultum, & veiò factitatum, luce clarius cuius constabit; si tum eorum lucubrationes, tū quas posteritati conscripserūt meditando atque orādi formulas, paulò attentius cōsuler. Nihil ibi quidem certē magis obuiū erit, quā preces huiusmodi ex Sacrarū potissimū litterarū verbis, sententiisq; contexta. Basilius sanè quodam loco suadet vehementer, peccatorū mole grauato, crebro vt vsurpet illud supplicis Chananeę: Misere-
 re mei Domine fili Dauid: atque vbi illa dicit (filia mea) dicat ipse: Misere mei Domine fili Dauid, anima mea malè à dæmonio vexatur. Idē inculcat S. Chryl. Antiochenis suis hoc ipso allato in medium Chananeę facto.
 Quamobrem nemo mihi vitio iure dare possit, si eorum insistens vestigiis, cū tibi piē lector hunc darem Sacrarum aspirationum thesaurū, eas ipsas placuerit nonnumquā ex Sacrae paginæ verbis paululum immutatis conficere: quod quidē cū est factum, illud ipsum marginali asterisco adnotatum inuenies. Id autem hoc feci tum libentiū, tum liberiū, quòd Thesaurus hic non breuioribus modò aspirationibus vsui sit futurus, verū possit esse item materia, in qua versentur longiores etiam commentationes.

Quid

In ex-
hort. ad
Baptif.

Matth.
15.22.

Hom.
ad po-
pul. 79.

Quid enim vetat earum vnâ & alterâ sibi
 menti obiectâ, eas benè longo tempore cõ-
 citare mentis affectiones, quas offert ipsa at-
 que continet: cùm præsertim ob earum bre-
 uitatem, & quod è sacris litteris sint desum-
 ptæ, quarum verba tamquam ignis & instar ^{Jerem.}
 mallei petras cõterentis, ad cuiusuis generis ^{23.2.}
 motiones in animo efficiendas, atque adeò
 cælesti excitando igni longè accommodatiss-
 simæ sint. Potuit D. Franciscus, innumeras
 noctes cum suo, Deus meus & omnia, ex S.
 Pauli epistolis ducto, summo animi gaudio ^{1. Cor.}
 exigere: & non poterit vir pius si modò Dei ^{18.28.}
 ope adiutus ad id conetur, eum illis, aut ea-
 rum similibus verbis, horæ quartam partē,
 aut eo amplius orando consumere?

Habet is quidē varias mentis affectiones,
 quas cuilibet de iis quæ infra subiiciuntur as-
 pirationibus aptare possit: modò admirationi-
 nis, modò amoris Dei, variisq; eius partibus,
 vt zeli gloriæ ipsius, ardentis desiderij vt ab
 omni hominum ordine diligatur, oblationis
 sui ipsius ad aduersa quæq; humana in finem
 perferēda, &c. Aliàs doloris de peccatis, qui
 quidem latissimè patet, ob varias rationes
 eum excitandi: aliàs spei & fidei: iam com-
 miserationis dolorum Christi Domini,
 mortisque eius acerbissimæ: iam gratiarum
 actionis: quibus quidem concitandis af-
 fectibus, cæterisque quos vnctio docebit;

M m 5 quis

quis non videt non parū ei abire temporis.

Atque vt fastidium caueat, cū primū eo se tentari sentiet, trāseat non ab hoc modo affectu ad alium; sed alia etiam atque alia orandi assumprā formulā, eam in qua versaretur relinquat. Nihil enim oranti inimicius quā tædium, nihilque ei cauēdum magis.

Extremum hoc moneo, quibus ex hoc thesauro nō licebit seu ob inualetudinē, seu quōd nullam orationis, quæ mēte perficitur consuetudinem habeant, meditandi materiam desumere, licebit utiq; lectionis (quod quidem me auctore quicquid cū aliud nequeat præstabit) sola enim simplexque harum aspirationum lectio, leuisque animi, & quasi superficie tenus tantū ad eas ipsas applicatio, non parum videtur profutura, quādo ea complectitur quæ in vniuersa Scriptura sacra maxima efficiendi vi prædita sunt: & si non ipso statim initio flammam, ac calorem atque ignem tandem frequenti eiusdem rei repetitione vehementer accendet.

Sed ad quemcumque adhibeatur vsus Thesaurus iste, faxit Deū Opt. Max. vt eum fortiatur finem, qui mihi propositus est, eumque in mortalium animis gignat atque contineat deuotionis veræque pietatis spiritum, qui & illi amplioris gloriæ, his autem continentem meritum accessionem afferre possit.

THE-

THE SAVRVS

SACRARVM

ASPIRATIONVM

EX

SACRIS LITTERIS.

Admiratio.

§. 1. **A**dmirantis Dei opera & sapientiã. Pf. 103. 25.
 Quã^r magnificata sunt opera
 tua Domine: omnia in^s sapientia fecisti im-
 pleta est terra^s possessione tua.

^s Magna opera Domini^e exquisita in o- Pfalm. 110. 2.
 mnes voluntates eius.

§. 2. Admirãtis Deum ab hominibus velle Pfalm. 143. 4. 5.
 cognosci. Domine quid est homo, quia in-
 noruisti ei, aut filius hominis, quia reputas
 eum? Homo^r vanitati similis factus est, dies
 eius sicut umbra prætereunt.

§. 3. Admirantis Deum ita obseruare &
 iudicare strictè hominum opera.

Homo natus de muliere, breui viuēs tem- Iob 14. 1.
 pore, repletur multis miseris. Qui quasi flos 2. 2.
 egreditur & cõteritur, & fugit velut umbra,
 & numquã in eodem statu permanet. Et di-
 gnum ducis super huiuscemodi aperire ocu-
 los tuos, & adducere eum tecum in iudiciũ?

Ad

§. 4. Admirantis Deum meminisse hominis, ei que benefacere & providere.

Pfal. 8. 5. Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam ⁸ visitas eum?

§. 5. Admirantis Dei misericordiam, sapientiam & scientiam.

Rom. 11. 33. ⁹ O altitudo diuitiarum, sapientiae & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles via eius!

Pfal. 30. 23. §. 6. Admirantis Dei bonitatem. Quam magna multitudo dulcedinis tuae Domine, quam abscondisti timentibus te!

Pfal. 72. 1. Quam bonus Israel Deus his qui recto sunt corde!

A N N O T A T I O N E S.

1. MAGNIFICATA.] id est eximia praestantia & laude digna.

2. IN SAPIENTIA.] id est, summo cum iudicio & ratione.

3. IMPLETA.] id est, eadem opera ferè innumerabilia sunt ita ut terram uniuersam repleuerint.

4. POSSESSIONE.] Vocat res creatas possessionem Dei, quia omnium est Dominus.

5. MAGNA.] Dei enim nulla sunt parua opera, licet nobis praeter consuetudinem minus admiranda.

6. EXQUISITA.] id est, quaesita & parata ad quodcumque Deo placuerit, de iis enim facit quidquid vult.

7. VANITATI.] id est rei inani & vacuae cum sit Deus plenitudo bonorum operum.

8. VI-

8. VISITAS.] Hic sumitur in bonam partem pro beneficentia.

9. O ALTITVDO.] id est, ô profundam Dei misericordiam, qua nos diuites facit in omnibus. O profundam Sapientiam, &c.

Amor diuinus. Vide zelus.

§.1. Petentis amorem Dei. ^{Pfal. 17.} Diligam te ^{1.2.3.}
Domine fortitudo mea Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Deus meus adiutor meus & ^{4.} cornu salutis meæ, & susceptor meus.

§.2. Petentis perseverantiã in amore Dei. ^{Leuit. 6.} Ignis in ^{12.} altari meo semper ardeat.

Ne proicias me in tempore ^{4.} senectutis, ^{Pfal. 70.} cū defecerit virtus mea, ne derelinquas me. ^{10.}

Exercentis amorem Dei. Animam meam ^{Ioan.} pro te ponam. ^{13.37.}

Domine paratus sum tecum in carcerẽ & ^{Lucæ} in mortem ire. Vide etiam v. Christus §. 4. ^{22.33.}

5.6.7. Et versu Deus §.1. & 2.

Non solum alligari, sed & mori paratus ^{Astor.} sum propter nomen Domini Iesu. ^{21.13.}

ANNOTATIONES.

1. DILIGAM.] id est, optantis est q. d. ô utinam te diligam, quamquam etiam esse possit promittentis. Hebraice est Rackam, quod significat amare ex intimis visceribus.

2. CORNV.] id est, robur ad saluādū, animalium enim cornigerorū fortitudo est in cornibus.

3. ALTARI.] cordis scilicet.

4. SE-

4. SENECTVTIS.] Tempus spiritualiter loquendo est quando feruor charitatis, quo quis flagrauit aliquando, tepescere incipit.

Auxilium diuinum.

Pfal. 26.
15. 16. 1. Postulantis Dei auxilium. Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus. Quoniam, Pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.

Pfal. 34.
1. 2. 3. Iudica Domine nocentes me, expugna impugnâtes me. Apprehende arma & scutû, & exurge in adiutoriû mihi, 2 effunde frameâ, & 3 conclude aduersus eos qui persequuntur me, 4 dic animæ meæ, Salus tua ego sum.

Pfal. 59. 12
1. 6. 7. Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis: Deus in adiutoriû meû intende, Domine ad adiuuandum me festina. Ego egenus & pauper sum, Deus adiuua me. Adiutor meus & liberator meus es tu, Domine ne moreris.

Pfal. 70.
13. Deus ne elongeris à me, Deus meus in auxilium meum respice.

Pfal. 78. 9. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriâ nominis tui Domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomē tuû.

Pfal. 79. 3. 5 Excita potentiam tuam & veni vt saluos facias nos.

Pfal. 83. 9. Protector noster aspice Deus, & 6 respice in faciem Christi tui.

Pfal. 108.
26. Adiuua me Domine Deus meus, saluû me fac

fac secundū misericordiam tuam. Et tu Domine, ^{Ibid. 21.} fac mecum propter nomen tuum, quia suavis est misericordia tua.

^{Pf. 113. 9} Non nobis Domine non nobis, sed nobis tui mini tuo da gloriam.

ANNOTATIONES.

1. PATER] Nō erat puer David vt egerēt parentū ope, nec ei graue fuisset ea etate deseri à parentibus. At in numero vult se esse instar infantis recens editi, quem parentes dereliquere omni iniuriæ expositum. Et certè tales sumus, imò deteriore conditione, multoq; ad singula egentiores Dei gratiâ, quam hic infantulus Parentum auxilio.

2. EFFUNDE FRAMEAM.] id est educ gladium, verbo autem effunde significatur velocitas euaginandi, & consequenter auxiliij præstandi, petitque non tam eximi quam citissimè fundi gladium è vagina.

3. CONCLVDE.] id est, manibus claudere seu fortiter stringe, vt firmiter teneas & ferias fortius.

4. DIC ANIMÆ.] id est, interiore tua inspiratione promitte animæ meæ te allaturum ei salutem.

5. EXCITA.] videtur enim quasi sopita diuina potentia, dum nos affligi sinit, auxiliumque differt.

6. ET RESPICE.] id est, respice Christum tuum, Agnum immaculatum, qui tollit peccata

cata mundi ac propter eum protege nos.

7. FAC MECVM.] Scilicet benignè.

8. NON NOBIS, &c.] id est, in hoc auxilio quod petimus non attendas mèrita nostra, quæ nulla sunt, sed gloriam tuam.

Beatitudo. Vide Gloria.

Ioan. 14.8. Petentis beatitudinem. Domine ostende nobis Patrem & sufficit nobis.

Bellum v. Victoria. Oratio. Tribulatio. Tentatio.

Judith. 7. 19. 20. Orantis belli tempore. Peccauimus cum patribus nostris, iniustè egimus, iniquitatem fecimus: Tu quia pius es miserere nostri, au in tuo flagello vindica iniquitates nostras, & noli tradere confitentes te populo qui ignorat te, vt non dicant inter gentes vbi est Deus eorum?

Judith. 9. 10. 11. Tu es Deus noster qui cõteris bella ab initio, & Dominus nomẽ est tibi. Erige brachiũ tuum ab initio; & allide virtutem illorum in virtute tua, cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt se violare sancta tua.

Esther 13. 15. Et nunc Domine Rex, Deus Abraham miserere populi tui, quia volũt nos inimici nostri perdere & hæreditatem tuam delere. Ne despicias partem tuam quã redemisti tibi. vers. seq. & c. 14. v. 16. & 19. & pl. 43. integrũ.

Iosue 7. 8. 9. Mi Domine Deus quid dicam videns Ieraclem hostibus suis terga vertentem? & quid facies magno nomini tuo.

ANNOTATIO.

QVIB FACIES. Jq.d. Consule famæ tuæ, dicet enim hostes te nō seruare promissa, vel te nō esse satis potentem, vel, quis colet nomen tuum si nos seruos tuos sinas perire?

Benedicere V. laus.

§. I. *Benedicentis Deo. O Rex Regum & Domine dominantium, qui solus habes immortalitatem, & lucem habitas inaccessibleē, tibi honor & imperiū sempiternū, Amen.

1. ad Timoth. 6. 16.

* Sit super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

Rom. 9. 5.

Ei qui potēs est omnia facere superabundanter quā petimus aut intelligimus, secundū virtutē quæ operatur in nobis. Ipsi gloria in Ecclesia & in Christo Iesu in omnes generationes sæculi sæculorum. Amen.

Ad Eph. 3. 20. 21.

Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiā suā magnam¹ regeneravit nos in spem viuā per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis² in hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam & immarcescibilem.

1. Petri 1. 3.

Benedictus Dominus³ die quotidie.

Psal. 67. 21.

Sit nomen eius benedictum in sæcula,⁴ ante solem permanet nomen eius. Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen maiestatis eius in æternum, & replebitur maiestate eius omnis terra: fiat, fiat.

Psal. 71. 17. 19. 20.

Nn

Sit

Pfalm. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc
112. 2. nunc & vsque in sæculum.

Pfal. 134 Benedictus Dominus^s ex Sion qui habi-
21. tat in Hierusalem.

§. 2. Seipsum inuitantis ad benedicendum
Pf. 102. Deo ob varia in se collata beneficia. Benedic-
1. 2. 3. anima mea Domino, & omnia quæ intra me
4. 5. sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea
Domino, & noli obliuisci omnes^r retribu-
tiones eius, qui propitiatur omnibus iniquita-
tibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitam tuam, qui co-
ronat te in misericordia & miserationibus.
Qui replet in bonis desiderium tuum, &c.

§. 3. Item ob potentiam, & Sapientiam in
mundi creatione.

Pfalm. Benedic anima mea Domino : Domine
103. 1. Deus meus^r magnificatus es vehemèter, &c.

§. 4. Inuitantis iustos ad Deo benedicen-
dum.

Pfalm. Ecce nunc benedicite Dominum omnes
133. 1. serui Domini, &c.

§. 5. Inuitantis ad idipsum creaturas vari-
Pfalm. uersas: Benedicite Domino omnia opera
102. 21. eius, ^r in omni loco dominationis eius.

§. 6. Inuitantis Angelos. Benedicite Do-
mino omnes Angeli eius, potentes virtute,
facientes verbum illius^r ad audiendam vo-
cem sermonum eius.

§. 7. Inuitantis spiritus omnes beatos: Be-
nede-

nedicite Domino omnes ^{1o} virtutes eius, ministri eius qui facitis voluntatem eius. Psal. 102. 20.

§. 8. Postulantis benedici à Deo.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus. Psal. 62.

Benedicetiam & mihi Pater mi. Numquid & reseruasti mihi benedictionem? Gen. 27. 34. 36.

Num vnã tantum benedictionem habes Pater? mihi quoque obsecro vt benedicas. Gen. 27. 38.

§. 9. Benedicentis, seu bene precantis alicui. Benedic Domine fortitudini eius, & opera manuum illius suscipe. Deut. 33. 11.

ANNOTATIONES.

1. REGENERAVIT, &c.] id est, renasci nos fecit generatione spiritali (quæ est secunda hominis natiuitas) in spem vitæ æternæ.

2. IN HÆREDITATEM.] id est, vt suo tempore accipiamus illam.

3. DIE QUOTIDIE.] id est, omni die semper.

4. ANTE SOLEM.] idem est quod (in sæcula) quasi dicat, quamdiu solerit.

5. EX SION.] Petit vt benedictio Domini proficiatur ex Sion, id est, à ciuibus Sion.

6. RETRIBUTIONES.] Beneficia vocat retributiones: quia quoduis eius in nos beneficiũ non simplex est vt ita loquar tributio & largitio: at duplex est & repetita. Beneficium enim est quod non punit nos pro merito; Rursus beneficium est quod pro tot peccatis nostris tot bona retribuit.

Nn 2 7. MA

7. **MAGNIFICATVS.**] id est, ex operibus tuis quæ tum potentiã, tum sapientiã tuã deprecãt, magnus valde factus es in oculis omnium.

8. **IN OMNI. &c.**] id est, ubi ubi sitis, seu in celo, seu terra, seu mari, cum ubiq; dominetur.

9. **AD AVDIENDAM, &c.**] Significat finem curæ faciunt Angeli verbum Dei, nõ ob aliam scilicet causam, quã ut obediant voci eius. sed fideles seruos præstent: q. d. Non ob aliquam suam aut utilitatem, aut necessitatem.

10. **VIRTUTES.**] per eas intellige omnes exercitus cælestes etiam Cherubini & Seraphini nõ autem propriè dictas tantum virtutes, quæ sunt septimi chori inter beatos Spiritus.

Beneficium v. Gratitude, Gratiarum actio.

Tobiz 12.2. Agnoscentis diuina beneficia. Quid dignum esse poterit beneficiis eius.

Gen. 32. 10. Minor sum cunctis miserationibus tuis & veritate tua, quam explesti seruo tuo.

Pf. 118. 134. Quid retribuã Domino pro omnibus que retribuit mihi? 2. calicem salutaris accipiam & nomen Domini inuocabo.

ANNOTATIONES.

1. **VERITATE.**] id est, fidelitate in seruandis Præceptis.

2. **CALICEM SALVTARIS.**] id est, calicem salutiferum, quo intelligantur tribulationes pericula, ipsa etiam mors pro Christo obitus.

Calumnia.

Perentis liberari à calumniis. Redime me à ca-

à calumniis hominum vt custodiam manda-
ta tua. Vide plura Psalmo 25.

Peto, Domine, vt de vinculo improperij ^{Tob. 3.}
huius absolvas me, aut certè de super terram ^{15.}
eripias me.

Castitas.

§. 1. *Petentis castitatem. Domine sint ^{Lucæ}
lumbi mei præcincti. ^{12. 35.}

*Aufer à me stimulum carnis, angelum fa- ^{2. Cor.}
tanæ, qui me colaphizat. ^{12. 7.}

Vt renes meos & cor meum. ^{Pf. 25. 2.}

Lumbi mei impleti sunt illusionibus. ^{Pf. 37. 8.}

*Scio quoniam aliter non possum esse cõ- ^{Sap. 8.}
tinens, nisi tu des ô Deus meus. ^{21.}

Domine Pater & Deus vitæ meæ, aufer à ^{Eccl. 13,}
me ventris concupiscentias, & concubitus ^{6.}
concupiscentiæ ne apprehendant me.

§. 2. Proponentis seruare castitatem. Papi- ^{Iob. 31.}
gi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem ^{12.}
quidem de Virgine. Quâ enim partem ha-
beret in me Deus de super, & hæreditatem
Omnipotens de excelsis?

ANNOTATIO.

1. QVAM ENIM PARTEM. &c.] q. d. Nul-
lum commercium, nullâ mansionem haberet
in me; soli enim casti sunt templum Dei.

Charitas.

Exercentis actionem charitatis erga pro- ^{Exod.}
ximam. Aut dimitte eis hanc noxam, aut, si ^{32. 32.}
nō facis, dele me de libro tuo quē scripsisti.

Nn 3

* Opto

Rom. 9. 3. * Opto Anathema esse à Christo pro fratribus meis.

A N N O T A T I O.

ANATHEMA] id est, separatus, non quo ad gratiam, at quo ad gloriam.

Christus Dominus.

Hebr. 1. 3. §. 1. * Laudantis Christum. O' splendor gloriae, & 2 figura substãtiæ Patris, 3 portansq; omni verbo virtutis tuę, purgatione peccatorũ faciens, sedes ad dexterã Maiestatis in excelsis, tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditaſti.

Cant. 2. 1. 3. * O flos campi, ô lilium conuallium. * Sicut ut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios.

Gen. 49. 11. Pulchriores sunt oculi tui vino, & dentes tui lacto candidiores.

Can. 5. 10. Dilectus meus 5 candidus & 6 rubicundus, electus ex millibus. 7 Caput eius aurum optimum, &c.

Pf. 44. 3. * O speciose forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum, &c. Eiusdem generis hoc eodem psalmo.

Ad Coloss. 1. 15. 16. &c. * O imago Dei inuisibilis, primogenite omnis creature, 1º in quo cõdita sunt vniuersa in cælis & in terra. O caput corporis Ecclesię, ô principium, ô primogenite ex mortuis in omnibus primatũ tenens, in quo cõplacuit omnẽ plenitudinem diuinitatis inhabitare &

& pacificare per sanguinem crucis tuæ,
sive quæ in terris, sive quæ in cælis sunt.

§. 2. * Christi aduentum ardentè optantis.
Descende ¹² sicut pluuia in vellus, & sicut Pf. 71. 6.
stillidia stillantia super terram.

Vtinam dirumperes cælos & descenderes. Isai. 64.

Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustū,
aperiatur terra & germinet Saluatorem. Isai. 45.

¹² Osculetur me osculo oris sui. Cant. 1.

Quis mihi det te fratrem meum fugen- Cant. 8.
tem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, ⁵

& deosculer te?

Ostende nobis Domine ¹³ misericordiam Pf. 84. 7.
tuam, & ¹⁴ salutare tuum da nobis.

§. 3. Inuitantis Christum vt ad se veniat.

* Veniat dilectus meus in hortum suum, & Cant. 5.
comedat fructum pomorum suorum. ^{1.}

* Descendat dilectus meus in hortum suū Cant. 6.
ad areolas aromatum, vt pascatur in hortis ^{1.}

& lilia colligat.

* Descēdat dilectus meus in hortū nucū, vt Cant. 6.
videat poma conuallium, & inspiciat si flo- ^{10.}

ruit vinea, si germinarunt mala punica.

§. 4. * Petentis Christi memoriā numquā Cant. 8.
ponere. Pone te vt ¹⁶ signaculū super cor meū ^{6.}

vt signaculum super brachium meum.

§. 5. * Petentis adueniat regnum Christi. O Apoc.
quando fiet Regnum huius mundi, Domi- ^{11. 15.}

ni nostri, & Christi eius, & regnabit in sæ-
cula sæculorum?

Apoc.
12. 10.* O quādo erit salus & Virtus & Regnum
Dei nostri & potestas Christi eius.§. 6. * Postulantis Regni Christi propaga-
tionem, eiusque gloriam.Psal. 71.
8. 9.Vtinā dominetur à mari vsque ad mare, &
à flumine vsque ad terminos orbis terrarum.
Coram illo procidant Athiopes, & inimici
eius terram lingant. Reges Tharsis & Insula
munera offerant, Reges Arabum & Saba
dona adducant. Et adorent eum omnes Re-
ges terræ, omnes gentes seruiant ei.Philipp.
2. 10.In nomine IESV omne genu flectatur cæ-
lestium, terrestrium & infernorum, & omnis
lingua confiteatur, quia Dominus IESVS in
gloria est Dei Patris.§. 7. Significantis se Christo indiuulsè ad-
hæreere volentis. Domine ad quem ibimus?
verba vitæ æternæ habes.Ioan. 6.
68.Rom. 8.
35. & c.Quis me separabit à charitate Christi? Tri-
bulatio an angustia? an fames? an nuditas? an
periculum? an persecutio? an gladius? Certus
sum, quia neque mors, neque vita, neque An-
geli, neque Principatus, neque virtutes, ne-
que instantia, neque futura, neque fortitudo,
neque altitudo, neque profundum, neque
creatura alia poterit me separare à charitate
Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.
vide verbo Amor §. 3.7. ad
Tim. 1.
15.§. 8. Agnosceitis Christi misericordiã. Fide-
lis sermo & omni acceptione dignus, quod
veni-

venisti Iesu Christe in hunc mundum peccatores saluos facere, quorū primus ego sū.

ANNOTATIONES.

1. SPLENDOR.] id est, lumen de Patris gloria ab æterno procedens.
2. FIGVRA.] id est, expressa imago, ex qua archetypū, Deū scilicet ipsum cognoscimus.
3. PORTANSQVE.] id est, sustentans quasi alter Atlas totum creaturarum pondus, vel gubernās omnia creata, potenti suā iussione.
4. SICVT, &c.] id est, tantò præstat cæteris, quantò fructifera pomus, syluestribus & infœcundis fœcunditate præstat. Respectu enim Christi tam Angeli quàm homines steriles sunt, à quo bonorum operum omnium fœcunditas.
5. CANDIDVS.] Diuinitate.
6. RVBICVNDVS.] Humanitate & passione.
7. CAPVT.] id est, diuinitas tanquā aurū, &c. Quia nihil apud homines eo præstantius.
8. GRATIA.] Loquendi scilicet, numquam enim sic locutus est homo.
9. PROPTEREA.] id est, speciosus es & eloquens, propterea quòd te Deus iis donis ornauit.
10. IN QVO.] velut scilicet in exemplari.
11. SICVT PLVRIA, &c.] id est, sine strepitu maximoque silentio descende in vterū virginis: & terram spiritualiter fœcunda & lætifica, & quemadmodum id facit imber.

12. OSCULETVR.] id est, naturã induat humanam, osque assumat quo me osculetur.

13. MISERICORDIAM.] id est, Christum, quo nobis summã Deus exhibuit misericordiam.

14. SALVTARE.] Ex Hebræo etiam verti potest IESVM tuum.

15. HORTVM.] Hortus est anima, fructus pomorũ pro fructus, pomaq; que sunt bona opera, quæq; tum comedit Christus quãdo iis oblectatur, quasiq; pasci videtur. Eandẽ ferẽ habet sententiã sequentes aspirationes duæ.

16. SIGNACVLVM.] Qui enim signum ali- quod intuetur, facillẽ eius rei meminit, cuius est signum.

Cogitatio.

Ecl. 23. Petentis bonas cogitationes. Domine
4. Pater & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu^r illorum.

ANNO TATIO.

I. ILLORVM. Supple inimicorum: id est, ne deseras me vt talia cogitem qualia illi, scilicet mala.

Consolatio. v. Tribulatio §. 1. & 8.

Cant. 1. Petentis consolationes cælestes. ^r Meliora
2. sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.

Cant. 1. * Introduce me Rex ^r in cellaria tua, exulta-
4. bimus & lætabimur in te; memores vberum tuorum ^s super vinum.

Pl. 35. 9. * Inebria me ab vbertate domus tuæ, &

torrente voluptatis tuæ pota me.

* Exultet anima mea in Domino, & dele- Pf. 34. 9.
ctetur super salutari suo.

* Auditui meo dabis gaudium & lætiti- Pfal. 50.
& exultabunt ossa humiliata. 10.

Da siceram mœrenti & vinum ei qui ama- Prou. 31.
ro est animo: bibat & obliuiscatur egestatis 6. 7.
suæ, & doloris sui non recordetur amplius.

* Domine cæli da mihi gaudium pro tædio Tob. 7.
quod perpeffus sum. 20.

Redde mihi lætiti- Pfalm.
am salutari tui. 50. 14.

* Secundum multitudinem dolorum in Pfalm.
corde meo, consolationes tuæ lætificent ani- 93. 19.
mam meam.

Fiat misericordia tua vt confoletur me, Pf. 118.
secundum eloquium tuum seruo tuo. 76.

* Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, Pf. 118.
dicentes, quando consolaberis me? vide 82.
verbo Deuotio. §. I. Vide V. Gaudium, &
Lætitia.

ANNOTATIONES.

1. MELIORA.] id est, præstant consolationes
tuæ cuius alteri voluptati.

2. CELLARIA.] Quibus nõ malè intelligas
tum notitiam infinitæ in nos bonitatis, tum
occulta sapientiæ & scientiæ Dei, quorum
cognitio, mirabiles exultationis & lætitiæ
fructus profert.

3. SUPER VINVM.] id est, dulcium plusquã
vinum, seu quæuis alia voluptas.

4. AV-

4. **AVDITVI, &c.**] Cùm scilicet audiero à te mihi dimissa esse peccata.

5. **SALVTARIS.**] id est, quæ nascitur ea donata mihi à te salute: q. d. Sicut petij mihi gratiam restituui, sic peto & lætitiã.

6. **DEFECERVNT.**] Dum scilicet intente in cælum respiciunt, expectantes à te promissam salutem.

Consortium.

Pfalm. 140. 5. Petentis custodiri à consortio impiorum. Cum hominibus operantibus iniquitatem, & non communicabo cum electis eorum.

ANNOTATIO.

1. **COMMUNICABO.**] Orat David liberari à familiaritate impiorum, valetque idem (non communicabo) quod, fac ut non communicem.

Creatura.

Pfal. 91. 4. Earum aspectu voluptatem capientis. Delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo.

ANNOTATIO.

1. **FACTURA.**] attendente scilicet creaturam rerum pulchritudinem, varietatem, præstantiam, vires, usum, &c. Unde fit menti scala ad considerandam Dei pulchritudinem, &c. v. Sap. 13. 3.

Deuotio v. Oratio §. 8. & 9.

Pfal. 62. 6. §. 1. Petentis gratiam deuotionis: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum.

§. 2. Postulantis subtractam deuotionem.

Re-

Reuertere, ² similis esto dilecte mi caprea,
hinnuloque ceruorum super mōtes Bethel.

ANNOTATIONES.

1. SICVT ADIPE.] Nō enim propriè est adeps deuotio: cū adeps sit quid corporeū. Est autem in hoc similitudo, quòd quemadmodū solida adeps hominem efficit sanum, fortē, hilarem & rubicundum, sic eadem suo modo præstat animo deuotionis gratia.

2. SIMILIS ESTO.] Postulat anima celerem sponsi se visitantis reditum, quomodo in montibus capreae & iuniores ceruide colliculo in colliculum, de rupe in rupem, mirā agilitate huc illucque discurrunt.

Deus. v. Laus Dei. v. Misericordia diuina.

§. 1. Agnoscētis Deum sibi esse omnia. Dominus ^{Psal. 15.} pars hæreditatis meae & ^{5.6.} calicis mei, tu es qui ³ restitues hæreditatē meam mihi.

⁴ Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi.

⁵ Portio mea Domine, dixi custodire legem ^{Psal. 118.57.} tuam.

Pars mea Dominus, dixit anima mea: pro ^{Thren. 3.24.} pretea expectabo eum.

§. 2. Deum solū quærētis, cætera repudiatis. ^{Psal. 72.24.} Quid mihi est in caelo, & à te quid volui ^{25.27.} super terram? Defecit caro mea, & cor meū,

Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Mihi adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam.

§. 3. A-

Pſalm.
138.1.

§.3. Agnoſcētis ſe, ſuaq; omnia Deo eſſe notiffima. Domine probaſti me & cognouiſti me, tu cognouiſti⁸ ſeſſionē meā & reſurrectionem meā. Vide etiā aliquot ſeqq. verſ.

Pf. 138.
7.8.

§.4. Agnoſcentis ſe à Deo nō poſſe abſcōdi. Quo ibo à Spiritu tuo, & quo à facie tua fugiā? Si aſcēdero in cælū, tu illic es; ſi deſcēdero in infernum ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Vide etiam duos verſus ſequentes.

Pſalm.
138.6.

§.5. Agnoſcentis ſcientiam Dei incomprehenſibilem. Mirabilis facta eſt ſcientia tua⁹ ex me, cōfortata eſt, & non potero ad eam.

Iſa. 51.
15.

§.6. * Agnoſcentis Dei potentiam. Tu es Domine Deus meus, qui conturbas mare & intumeſcunt fluctus eius, Dominus exercituum nomen tibi.

Sap. 11.
22.23.

Multum valere, tibi ſoli ſuper eſt ſemper, & virtuti brachij tui quis reſiſter? Quoniam tamquam momentum ſtatera, ſic eſt ante te orbis terrarum, & tamquam gutta roris antelucani, quæ deſcendit in terram.

§.7. Agnoſcentis à Deo eſſe vniuerſa idque quouis modo.

*¹⁰ Ex te & per te, & in te ſunt omnia: tibi gloria in ſæcula. Amen.

ANNOTATIONES.

I. PARS HÆREDITATIS.] id eſt, pars quæ mihi

mihi quasi hæreditate obtingit.

2. PARS CALICIS. Quæ mihi tamquam portio data est, quamque libavi, quaque fruar & me oblectabo: q. d. inquit August. præter Deum nihil quæro: omne bonum & omnia mihi in illo sunt. Hac hæreditate, hoc calice abundè sum contentus.

3. RESTITVES.] id est, confirmabis, quædificat, Hanc hæreditatem quæ tu mihi es Domine, nemo mihi auferet: iuxta illud Christi: Gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

4. FVNES.] id est, hæreditas quæ olim funibus dimensa diuidebatur, optima mihi cõtingit, in Deo scilicet qui solus satiat, non in inanibus voluptatibus.

5. PORTIO.] Aliqui hæc verba iungunt sequentibus, vt sensus sit: Portio mea ô Domine, dixi, erit custodire legem tuam: tamen verior hic sensus est. Portio mea tu es ô Domine: tum sequitur: dixi, id est, firmiter statui custodire, &c. Itaque portio mea tu es, id est, omnibus rebus creatis abrenuncio, nihil iuris in eis habere cupio, ea sibi habeat qui volet: mihi tu Domine mi solus sufficis, &c. Affectus plenissima est hæc aspiratio.

6. QUID MIHI, &c. q. d. Nihil creatum inuenio quod mihi satis sit, neque in cælo, neque in terra.

7. DE-

7. DEFECIT.] Reddit rationem cur nihil præter vnicum Deum exspectat. q. d. Vbi-
cumque cor meum aut carnem colloco, pu-
trefcunt & deficiunt, præterquam in te col-
locata: ô Deus cordis mei, ô pars mea, &c.

8. SESSIONEM, &c.] Per hos duos corporis
situs intellige cæteras hominis externas ac-
tiones. Resurrectionem id est, surrectionem,
seu quando surgere debeam.

9. EX ME.] id est, præ me, vel super me, phra-
si Hebraica. q. d. Mirabilior quam vt ego af-
sequi valeam: quod indicant etiam verba
sequentia.

10. EX TE.] Tamquam primo scilicet efficien-
te omnium. Per te: tamquam dirigentem &
disponentem. In te: vtpote cuius virtute cõ-
seruantur omnia. Primum appropriatur Pa-
tri, à quo omnis potestas. Secundum, Filio:
quia (per) significat originem à patre. Ter-
tium Spiritu sancto, cui tribuitur vnio, de-
notata particula (IN.)

Ecclesia. Vide Hæreticus.

Ecclesiæ gementis quas ab hostibus suis
patitur clades, in iisq̃ auxiliū petentis.
Videndi Psalmi 73. 78. 79. 82. è quibus pau-
cula subiiciam.

Memor esto congregationis tuæ, quam
Ps. 73. 2. possedisti ab initio.

Vsq̃ue quo Deus improperabit inimicus?
Psal. 73. irritat aduersarius nomen tuum in finem.

Deus

Deus venerunt gentes in hæreditatem Pfal. 78. 1.
 tuam, polluerunt templum sanctum tuum,
 posuerunt Hierusalem' in pomorū custodiã.

Deus virtutum conuertere, respice de cæ- Pfal. 79. 15.
 lo, & vide, & visita vineam istam. Et perface
 eam, quam plantauit dextera tua.

Deus quis similis erit tibi? ne taceas, ne- Pfal. 82. 1. 2.
 que compescaris Deus. Quoniam ecce ini-
 mici tui sonuerunt, & qui oderunt te, extu-
 lerunt caput.

ANNOTATIONES.

1. IN POMORVM CVSTODIAM.] id est, tam-
 quam desertam: solent enim desereri pomorū
 custodia pomis collectis.

2. QVIS SIMILIS.] id est, quia nemo tibi cõ-
 parari potest potentia, ne te ipsum compe-
 scas & contineas à sumenda vindicta.

3. SONVERVNT.] Non significatur tantum
 sonus tympani, aut tubæ; sed tumultus gra-
 uis; vnde existit sonitus inconditus multi-
 tudinis.

Eucharistia.

§. I. Eucharistiæ perceptionem ardentem Iohan. 6. 34.
 expetentis: Domine semper da nobis panem
 hunc.

* Desiderio desidero hoc Pascha mandu- Lucæ 22. 15.
 care.

Quis det de carnibus eius vt saturemur. Iob 31. 31.

O frumentum electorum, & vinum ger- Zach. 9. 19.
 minans vitgines!

Oo

* Fru-

- Pſalm. 80.17. * Frumenti adipe ſatia me Domine.
 §.2. Admirantis immenſum Eucharistiæ beneficium.
- Ioan. 6. 52. Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?
 §.3. Agnoſcentis Eucharistiæ beneficium.
- Sap. 16. 20. Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum Domine, & paratum panem præſtituiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauiſſimam.
- §.4. Humiliantis ſe in Eucharistiæ perceptione.
- Lucæ 1. 43. * Vnde hoc mihi vt veniat Dominus meus ad me? Domine non ſum dignus vt intres ſub te ctum meum, &c.
- Lucæ 3. 16. Non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamentorum eius.
- Lucæ 5. 8. Exi à me, quia homo peccator ſum Domine.

Examen diuinum.

Postulantis ſe à Deo examinari, vt praua corrigat!

- Pſal. 138 22.23. * Proba me Deus, & ſcito cor meum, interroga me, & cognoſce ſemitas meas. Et vide ſi via iniquitatis in me eſt, & deduc me in via æterna.

A N N O T A T I O.

I. PROB A. & C.] Scrutare & examina cogitationes & actiones meas, vt ſi in via iniquitatis

tatis sim, quæ ducit ad temporalia acqui-
renda, inde me abstrahas & deducas ad ea
cogitanda & agenda, quæ pertinent ad bo-
na sempiterna.

Fides.

§. 1. Petentis augmentum fidei. Domine Lucæ
17.5.
adauge nobis fidem.

Credo Domine, adiuua incredulitatem Marci
9.24.
meam.

Da mihi Domine fidem sicut granum Lucæ
17.6.
sinapis.

§. 2. Petentis doceri credenda & agenda Cant. 7.
ne in iis erret. Indica mihi ' quem diligit a-
nima mea, ' vbi pascas, vbi cubes in meri-
die, ' ne vagari incipiam post greges sode-
lium tuorum.

ANNOTATIO.

1. QVEM DILIGIT. Jid est, ô quem diligit,
&c. id est, ô sponse dilectissime.

2. VBI PASCAS, &c. Jid est, doce me vera sa-
lutis pascua veram lucem veritatis sinceræ-
que doctrinæ.

3. NE VAGARI, &c. Jid est, ne errem sequen-
do falsa dogmata hæreticorum, qui se licet
falsò tuos gloriantur sodales.

Fortitudo.

Postulantis eam.

Domine saluum me fac à pusillanimitate Psalm.
54.4.
spiritus & * tempestate.

Q o 2 Con-

Iudith. 12.9. Confirma me Domine Deus in hac hora. Vide verbo Tentatio §. 3. ex Iudith 9. 14.

A N N O T A T I O.

*TEMPESTATE.] id est, magna grauique tentatione.

Gaudium v. Letitia, Consolatio.

Gaudentis de donis spiritualibus sibi collatis.

Isa. 61. 10. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me quasi sponsum decoratum coronâ, & quasi sponsam ornatam monilibus suis.

A N N O T A T I O.

I. SPONSVM.] Iusti dicuntur sponsi ob fortitudinem: dicuntur etiam sponsæ ob pulchritudinem fœcunditatem & gloriam, quæ hic incipit, & perficitur in cælo.

Gloria celestis.

Isa. 61. 3. §. I. Eam ardentè oprantis. O quando dabitur lugentibus corona pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris.

Psal. 26. 7. 3. Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam voluptatem Domini, & visitem templum eius.

Pl. 41. 1. 2 Quemadmodum desiderat ceruus ad fon-

fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei.

Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam?

Pf. 54. 6.

Quis deducet me in ciuitatem munitam?

Pfal. 59. 10.

Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

Rom. 21. 24.

Si inueni gratiam in conspectu tuo Domine, ostende mihi faciem tuam.

Exod. 33. 13.

Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.

Pf. 83. 2.

Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.

Pf. 83. 5.

Melior est dies vna in atriiis tuis super millia.

Pfalim. 83. 10.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, multum incola fuit anima mea.

Pfalim. 119. 5.

Defecit in salutare tuum anima mea.

Pfalim. 118. 81.

Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo, me expectant iusti donec retribuas mihi.

Pfalim. 141. 8.

* Ostende mihi gloriam tuam. Ostende mihi omne bonum.

Exodi 33. 18. 19.

§. 2. Hortantis seipsum ad desiderium patriæ celestis.

Conuertere anima mea in requiem tuam, quia

Pfalim. 114. 7.

quia Dominus benefecit tibi.

Potest & huic affectioni accommodari illud Psalm. 72. vers. 24. Quid mihi est in caelo, &c.

Qui plura desiderat, legat Psalmos 86. 83. & 41.

Psalm.
136.6.

§. 3. Contestantis numquam fore ut gloriae caelestis obliuiscatur. Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuioni detur dextera mea. Adhaereat lingua mea faucibus meis si non meminero tui. Si non proposuero Hierusalem in principio laetitiae meae.

ANNOTATIONES.

1. SALVTARE.] id est, expectando veram salutem, & liberationem ab omni malo, quam sola praestat gloria aeterna.

2. CVSTODIA.] id est, carcere, est enim corpus tamquam animi carcer.

3. CONFITENDVM.] Ad laudandum.

Gratia diuina. V. Peccator.

Cant. 1.
4. §. 1. Postulantis diuinam gratiam.

1 Trahe me post te, & curemus in odorem unguentorum tuorum.

Pf. 79. 4. Deus² conuertere nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus: quod ipsum ter hic magno affectu repetit.

Ioan. 4.
15. 16. Domine da mihi hanc³ aquam, qua non sitiam in aeternum. Da mihi aquam, quae fiat in me fons aquae salientis in vitam aeternam.

Aufer

Aufer^s rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Prou. 25. 4.

§. 2. Agnoscentis diuinæ gratiæ necessitatem ad non peccandum. ⁶ Auertisti faciem tuam à me & factus sum conturbatus. Pf. 29. 9.

§. 3. Diuinæ gratiæ tribuentis suam à morte æterna liberationem.

Nisi quia Dominus adiuuit me, ⁷ paulò minus habitasset in inferno anima mea. Psalm. 93. 17.

Domine eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me à descendantibus in lacum. Pf. 29. 3.

§. 4. * Agnoscentis diuinæ gratiæ necessitatem ad bene operandum. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso nisi manserit in vite, sic nec ego nisi in te mansero. Ioan. 15. 4.

* Domine sine te nihil possum facere. Ioan. 15.

* Domine IESV nemo potest venire ad te, nisi pater qui misit te, traxerit eum. Ioan. 6. 5.

* Domine non sum sufficiens cogitare aliquid ex me quasi ex me, sed omnis sufficientia mea ex te est. 2. Cor. 3.

⁸ In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos. Psalm. 59. 14.

ANNOTATIONES.

I. TRAHERE.] Nisi enim à diuina trahatur gratia, sequi non potest, nedum currere viam mandatorum Dei.

O o 4 2. CON-

2. **CONVERTE.**] Quia sine eius gratia non possumus ad eum conuerti, ideo toties ingeminat Propheta hanc petitionem.

3. **AQVAM.**] Notum est aquæ nomine, à SS. PP. diuinam gratiam intelligi ob magnam huius cum illa congruentiam.

4. **SALIENTIS.**] Gratia enim merces est vita æterna.

5. **RUBIGINEM.**] Rubigo est peccatum: patet ex Ezechiele, quæ non tollitur de vase argenteo, id est, anima, nisi gratia ornamento.

6. **AVERTISTI.**] id est, dimisisti meipsum mihi, meisque viribus, & cecidi.

7. **PAVLO MINVS.**] Referendum hoc non ad difficultatem rei, quasi aliquo modo licet ægrè potuisset sine Dei ope infernum euadere & tentationes superare: sed referendum est ad breuitatem temporis, id est, nisi Deus adiuuisset paulo post damnatus essem.

8. **IN DEO.**] q.d. Non in nobis: ideo subdit: & ipse ad nihilum, &c.

Gratiarum actio. v. Benedictio. Laus.

§.1. Gratias agentis pro obtenta victoria.

Judith.
16.2.3.

Cantate Domino in cymbalis, modulamini illi psalmum nouum, exultate & inuocate nomen eius, Dominus conterens bella, Dominus nomen est illi. Vide Exodi c.15. Canticum Moyli deuicto Pharaone.

§.2. Pro

§. 2. Pro liberatione ab inferno. Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum: Quoniam misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

§. 3. Pro denictis hostibus seu corporis seu animi.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua. Lætabor & exultabo in te, psallam nomini tuo Altissime. In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur, & peribunt à facie tua.

§. 4. Pro beneficiis spiritualibus, maximeque pro vocatione ad fidem & gratiam. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate.

* Gratias ago Deo & patri qui dignum me fecit in partem sortis Sanctorum in lumine, qui eripuit me de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habeo redemptionem & remissionem peccatorum.

§. 5. Pro beneficiis in genere.

* Benedicam Deum cæli, & coram omnibus

O o s mni-

Psal. 85.
11.

Psal. 9.
1. 2. 3.

Ad Eph.
1. 3. 4.

Ad Col.
1. 12. 13.

Tob. 12.
6.

mnibus viuentibus confitebor illi, quia fecit
mecum misericordiam suam.

Pf. 27. 6. §. 6. Pro exauditione orationis. Benedi-
ctus Dominus quoniam exaudiuit vocem
deprecationis meæ.

*1. Petri
2. 24.* §. 7. * Pro beneficio passionis. Gratias ago
tibi Domine Iesu, qui peccata nostra ipse
pertulisti in corpore tuo super lignum: cuius
liuore sanatus sum.

*1. Petri
3. 18.* * Gratias tibi Christe, qui pro peccatis
meis mortuus es, iustus pro iniusto, vt me of-
ferres Deo, mortificatus quidem carne, vi-
uificatus autem spiritu.

*1. Petri
3. 22.* Benedictus sis ô bone IESU, qui mortem
deglutiisti vt vitæ æternæ hæres efficerer.

*1. Petri
1. 18.* * Benedictus Deus qui non corruptibili-
bus auro vel argento redemit me de vana
mea conuersatione, sed pretioso sanguine
quasi Agni immaculati Christi, & inconta-
minati. Vide Passio §. 5. & 1.

*Tob. 12.
2. 3.* §. 8. Agnoscentis se non posse sufficien-
ter gratias agere. Quam mercedem dabo ti-
bi? aut quid dignum esse poterit beneficiis
tuis? Me duxisti & reduxisti, dæmonium à
me compescuisti, & bonis omnibus per te
repletus sum. Quid tibi ad hæc potero di-
gnum dare?

ANNOTATIONES.

I. IN CONVERTENDO.] id est, merito tibi gra-
tias agam, quia cum inimici mei seu homi-
nes,

nes, seu dæmones terga darent, nō mea fortitudine victi sunt (ponitur hic futurum pro præterito) sed à præsentia tuæ potentia, quam ferre nequiverunt.

2. IN CÆLESTIBVS.] Locis scilicet existens.

3. IN CHRISTO.] id est, per Christum seu eius merita.

4. VTESSEMVS SANCTI, &c.] Per fidem scilicet veram & immaculati in operibus bonis: idque in conspectu eius, id est, verè & non fictè: & hæc quidem in charitate, id est, in spiritu non timoris, sed amoris.

5. IN PARTEM, &c.] Vt participarem sortem, & hæreditatem sanctorum per fidem & lumen Euangelij.

6. DILECTIONIS.] id est, filij dilecti sui.

Homo.

Vide Admiratio §. 2. & 3. Deus §. 3. 4. 6.

Hæresis. Hereticus.

Hæreses à se deprecantis.

Duo rogauite, ne deneges mihi antequam Prou.
moriar, vanitatem & verba mendacia lon- 30. 7. 8.
gè fac à me.

Potentis opem in Hæreticos cæterosque Psalm.
Ecclesiæ hostes. Increpa¹ feras arundinis, 67. 33.
² congregatio taurorum ³ in vaccis populorum⁴,
vt excludant eos qui probati sunt argento. Vide verbo Ecclesia, verbo Impij & Inimici & Zelus.

AN-

1. FERAS ARVNDINIS.] id est, secundum Augustinum Hæreticos, qui calamo vexant Ecclesiam seu scripturâ: vel quia sunt homines vani & leues, & luxuriæ dediti, significanturque per arundines, quæ in locis humidioribus. Hos itaque petit increpati, id est, coërceri, reprimi.

2. CONGREGATIO TAURORVM.] Quia faciunt instar taurorum.

3. IN.] Sumitur pro cum, id est, faciunt cum populis, qui sunt instar vaccarum lasciuientium.

4. VT EXCLVDANT.] Ab aeterna scilicet hæreditate. Eos qui tibi probati sunt quasi argentum candidissimum.

Multa ad eundem affectum aptari possunt ex Psalmo hoc 67. & ex aliis citandis verbo Oratio & Tribulatio.

Humilitas. V. Eucharistia. Superbia.

§.1. * Perentis humilitatem. Bone Iesu, quando efficiar sicut paruulus?

* Utinam sim in medio fratrum meorum sicut qui ministrat.

Ps. 115. 6. §. 2. Sese humiliantis. O Domine, quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Ps. 21. 7. Ego sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.

2. Reg. 8. 8. Quis ego sum seruus tuus Domine, quoniam

niam respexisti super canem mortuum simili-
lem mei, super pulicem vnum. 1. Reg.
24. 15.

Ego sum pauper & dolens, salus tua
Deus suscepit me.

Ego sum pauper, & in laboribus à iuven-
tute mea.

Putredini dixi pater meus es: mater mea Iob 17.
14.
& soror mea vermibus.

Quasi putredo consumendus sum, &
quasi vestimentum quod comeditur à tinea. Iob 13.
28.

Quid habes quod non accepisti? si autem
accepisti, cur gloriaris quasi non acceperis?

* Ego putredo & filius hominis vermibus. Iob 25.
6.

Quem persequeris ô Domine? quem per-
sequeris? canem mortuum persequeris, &
pulicem vnum. loco (persequeris) potest
poni (diligis) aut quod magis placet. 1. Reg.
24. 15.

Domine minor sum cunctis miserationi-
bus tuis, & veritate tua, quam expleuisti
seruo tuo. Gen. 32.
10.

Loquar ad Dominum meum cum sim Gen. 18.
27.
pulis & cinis.

Memoria mea comparabitur cineri, &
redigentur in lutum ceruices meæ. Iob 13.
12.

Si iuste egero quid donabo ei? aut quid Iob 35. 7
de manu mea accipiet?

Venisti bone IESV in mundum pecca-
tores saluos facere, quorum primus ego
sum.

AN-

1. PATER MEVS, &c.] q. d. Pro parentibus & propinquis mihi erunt vermes.

2. MINOR.] id est, inferior. q. d. Indignus tot beneficiis in me tuis, & fide promissorum.

Infirmus. vide *Morbus.*

Tobia
8. 19.

Orantis pro infirmo. Fac eum Domine plenius benedicere te, & sacrificium tibi laudis tuæ, & suæ sanitatis offerre, vt cognoscat vniuersitas gentium, quia tu es Deus solus in vniuersa terra.

Impj & Inimici.

Pf. 9. 18. §. 1. Imprecâtis iis mala, seu potiùs prædicetis euentura. ¹ Cõuertantur peccatores in infernum omnes gētes quæ obliuiscūtur Deū.

Pf. 9. 39.
Psalm. 16. 15. Contere brachium peccatoris, & maligni Domine ² à paucis de terra diuide eos in vita eorum.

Pf. 24. 3. Confundantur omnes iniqua agētes ³ superuacue.

Pf. 27. 5. ⁴ Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinventionum ipsorum.

Pf. 53. 5. ⁵ Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos.

Pfal. 54. 16. Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes.

Plurima sunt generis eiusdem in sacris litteris ac in Psalmis potissimum. Qui capitur iis, petat ex Psalmo 68. per multos versus Psalm. 69. 2. Psalm. 39. 19. Psalm. 118. Et
ex

ex Hieremias cap. 11. 1. v. 20. cap. 17. v. 18.
cap. 20. v. 12.

§. 2. Postulantis liberationem ab inimicis ^{Psalm.}
seu visibilibus seu inuisibilibus. Domine ^{7. 1. 2.}
Deus meus in te speravi, saluum me fac ex
omnibus persequentibus me & libera me.
Nequando rapiat vt leo animam meam,
dum non est qui redimat, neque qui saluum
faciat.

Exurge Domine, preueni eum, & supplā- ^{Psalm.}
ta eum, eripe animam meam ab impio, fra- ^{16. 14.}
meam tuam ab inimicis manus tuæ.

Ne tradideris me in animas tribulantium ^{Psalm.}
me, quoniam insurrexerunt in me testes ini- ^{26. 18.}
qui, & mentita est iniquitas sibi.

Eripe me de manu inimicorum meorum, ^{Psalm.}
& à persequentibus me. Videndi etiā Psal. ^{30. 19.}
34. per multos versus & 24. v. 21. & 42. v. 1.

ANNOTATIONES.

1. CONVERTANTVR.] Positum pro reuertā-
tur: quatenus enim peccatores, inde vene-
runt: Deus enim hominem fecit rectum;
diabolus fecit eum peccatorem.

2. A PAUCIS.] id est, ab electis qui pauci fu-
turi sunt.

3. SUPERVACVE.] id est, frustra: nam iniqui
sine suo, qui est aut iustos perdere, aut bonis
vitæ huius satiari, aut simile quidpiam, fru-
strantur semper.

4. DA ILLIS, &c.] id est afficiantur iis sup-
plicis

pliciis, quæ praua eorum opera cogitationesque merentur.

5. AVERTE, &c.] Auerte quæ mihi impendent mala à me, & conuerte illa ad inimicos meos.

6. MENTITA SIBI.] id est, Nemini nocebit nisi proprio auctori: quod Daniel dixit illis senioribus: & tu mentitus es in caput tuum.

Ira diuina.

Pfal. 6. 1. Iram diuinam deprecantis. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.

Pfal. 84. 4. 5. Conuerte nos Deus salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis. Numquid in æternum irasceris nobis? aut extends iram tuam à generatione in generationem?

Iudex, Iudicium diuinum.

Pfal. 7. 9. §. 1. Petentis Deum Iudicem. 1. Iudica me Domine secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super me.

Pfal. 42. 1. Iudica me Deus, & 2. discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo & doloso erue me.

Pfal. 25. 1. Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, & in Domino sperans non infirmabor.

Pfal. 142. 2. §. 2. Iudicium diuinum ab sese deprecantis. Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

AN-

ANNOTATIONES.

1. IVDICA.] q. d. Ne iudica me secundum calumnias, quæ mihi struuntur: testis enim es conscientiæ & vitæ meæ: at secundum innocentiam meam.

2. DISCERNE.] quasi scilicet iustam, & sanctam à gente non sancta. q. d. Ostende causam meam esse iustam, hostium iniustam.

Iudex. Iudicium humanum.

§. 1. Petentis iniquos Iudices puniri. * Surge Deus iudica terram, * quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Ps. 81. 2.

§. 2. Consolantis se in prauis hominum iudiciis. Ecce in cælo testis meus, & conscius meus in excelsis. Iob 16. 19.

ANNOTATIONES.

1. SURGE, &c.] id est, quandoquidem abutuntur Iudices potestate sua, tu eos iudica, puni:

2. QVONIAM, &c.] id est, quia tu es Dominus totius orbis.

Lachrymæ.

§. 1. Petentis lachrymas ad deffendum peccata. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarû, & plorabo die ac nocte 'interfectos filia populis mei? Hier. 9. 1.

* Utinam exitus aquarum deducant oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Psalm. 118. 136.

§. 2. Excitantis se ad lachrymas ob peccata: Utinam deducât oculi nostri lachrymas, Hier. 9. 19.

P p &

& palpebræ nostræ defluant aquis.

Ioel 1. 8. Plange quasi virgo accincta sacco super virum² pubertatis suæ.

Super hoc plange & vlula: fac planctum velut draconum, & luctum quasi struthionum. V. verbo Peccatum.

ANNOTATIONES.

1. INTERFECTOS.] Scilicet spiritualiter: vt proposito nostro quadret.

2. PUBERTATIS.] Id est, cui in virginitate sua nupsit, hic enim maximè amatur: pluris autem est Deum perdere, quàm talem virum: vnde & peccatori amplius de tali iactura dolendum.

3. DRACONVM. &c.] Horum & struthionum vox valde est lugubris cum dolent.

Letitia v. Consolatio & Gaudium.
Pf 83. 2. S. 1. * Petentis lætitiã spiritualem. Vtinam cor meum & caro mea exultent in Deum viuum.

Pf 35. 3. Lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuauit.

Pfalm. 85. 40. Lætetur cor meum vt timeat nomen tuum.

S. 2. Excitantis se ad lætitiã spiritualem.
Pf 41. 6. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

Pfalm. 34. 10. Anima mea exulta in Domino, & delectare super salutaris tuo.

ANNOTATIO.

1. VT TIMEAT.] Ita lætari peto, vt timor ad-

lit,

fit, cum timore enim & tremore salutem oportet operari.

Laus Dei. Vide Deus. Beneficium. & Gratiarum actio.

§.1. Inuitantis ad Dei laudes. Hæc aspiratio nusquam non occurrit in Psalmis. Videri possunt inter cæteros Psalm. 28. 94. 95. 97. 98. 99. 104. 105. 112. 116. 117. 134. 135. 146. 148. 149. 150. pauculos tamen versus ex aliis colligam hinc inde, huic affectioni seruiantes.

Qui timetis Dominum laudate eum: vniuersum semen Iacob glorificate eum. Psalm. 21. 24.

Iubilate Deo omnis terra: psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius: dicite Deo, quàm terribilia sunt opera tua Domine, in multitudine virtutis tuæ mentietur tibi inimici tui. Omnis terra adoret te & psallat tibi. psalmum dicat nomini tuo. Psalm. 65. 1. & c.

Benedicite gentes Deum nostrum, & auditam facite vocem laudis eius. Ps. 65. 7.

Laudent illum cæli & terra, mare, & omnia reptilia in eis. Psalm. 68. 39.

Exultate Deo adiutori nostro iubilate Deo Iacob. Ps. 80. 1.

Confiteantur Domino misericordiam eius, & mirabilia eius filiis hominum. Psalm. 106. 8. 22.

Et sacrificent sacrificium laudis, & annuncient opera eius in exultatione.

Pf. 144.
8.&c. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi. Gloriam regni tui dicant, & potentiam tuam loquatur. Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiae regni tui.

Pf. 29.4. Psallite Domino sancti eius, & confitemini memoriae sanctitatis eius.

Pfal. 32.
1.&c. Exultate iusti in Domino, rectos decet collaudatio, &c.

Pf. 33.3. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum.

Pfal. 67.
35.36. Regna terrae cantate Deo, psallite Domino, date gloriam Deo super Israel.

Isa. 62.6. Qui reminiscimini Domini, ne taceatis, & ne detis silentium ei.

Isa. 44.
23. Laudate caeli, quoniam misericordiam fecit Dominus: resonate extrema terrae: resonate montes laudationem saltus & omne lignum eius, quoniam redemit Dominus Iacob.

Apoc.
19.5. Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius, & qui timetis eum pusilli & magni.

Apoc.
19.7. Gaudeamus & exulemus, & demus gloriam ei.

Sap. 15.1. §.2. Laudantis Deum à misericordia. Tu Domine Deus noster suavis, & verus es, patiens, & in misericordia disponens omnia.

Pf. 144.
8.9. Miserator & misericors Dominus, patiens, & multum misericors. Suavis Dominus

nus

nus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius.

Alleuat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos. Pf. 144. 15.

Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius. Thren. 3. 2.

Misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter penitentiam. Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Sap. 11. 24.

§. 3. Laudantis à bonitate. Bonus Dominus & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. Nahum. 1. 7.

Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Pf. 24. 8.

Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Pf. 118.

Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. Thren. 3. 25.

O quàm bonus, & suavis est Domine spiritus tuus in omnibus. Sap. 12. 1.

§. 4. Laus Dei ob vocationem ad vitam æternam. Deo omnis gratiæ qui vocauit me in æternam suam gloriam, ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen. 1. Petri 5. 10.

§. 5. Laudantis quod humiles illuminabit. Confiteor tibi pater Domine cæli & terre, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater: Matth. 11. 25.

quoniam sic placitum fuit ante te.

Pfalm. §. 6. Laudantis à Iustitia. Iustus es Domine: & rectum iudicium tuum.

Apoc. 16. 5. Iustus es Domine qui es, & qui eras sanctus, quia hæc indicasti: quia sanguinem sanctorum & prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere.

Apoc. 16. 7. Etiam Domine Deus omnipotens vera & iusta iudicia tua.

Pfalm. §. 7. Laudantis à veritate promissorum. 17. 33. Eloquia Domini igne examinata, & protector est omnium sperantium in se.

Pfalm. 144. 14. Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.

Math. 24. 35. Cælum & terra transibunt, verba autem tua non transibunt.

Pf. 144. §. 8. Laudantis à liberalitate. Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.

Pf. 144. §. 9. Laudantis à regno æterno. Regnum tuum regnum omnium sæculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem.

Pf. 117. §. 10. Laudantis ob concessam de hostibus victoriam.

51. 52. Viuit Dominus & benedictus Deus meus, & exalterur Deus salutis meæ. Deus qui das vindictas mihi: & subdis populos sub me, liberatos.

berator meus de inimicis meis iracundis.

§. 11. Laudantis ob facilem ad eū accessum.

* Prope es Domine omnibus inuocantibus te in veritate. Pf. 144. 19.

§. 12. Laudantis à creatione mundi. Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam & honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia. Apoc. 4. 11.

§. 13. * Laudantis à prouidentia: Custodis Domine omnes diligentes te, & omnes peccatores disperdes. Pfalm. 144. 20.

* Custodis Domine omnia ossa tuorum, vnum ex his non conteretur.

§. 14. Laudantis à potentia. Deus cuius iræ nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portant orbem. Iob 9. 13

§. 15. * Laudantis quod solus sit Deus. Tu Dominus & non est amplius: extra te non est Deus. Tu Dominus, & non est alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum: tu Dominus faciens omnia hac. Isa. 45. 5. & c.

§. 16. * Laudantis quod infinitè distet ab homine.

Sicut exaltantur cæli à terra, sic exaltatae sunt viæ tuæ à viis nostris, & cogitationes tuæ à cogitationibus nostris. Isa. 55. 9.

§. 17. * Laudantis quia delet peccata. Quis similis tui, qui aufers iniquitatem, Micheæ 7. 3.

& transis peccatum reliquiarum hereditatis tuæ? non immittes ultra furorem tuū, quoniam volens misericordiam es.

Pfalm. §. 18. Laudantis ob victoriam tentationum. Benedictus Dominus Deus meus qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.

Habac. §. 19. Laudantis quod displicet ei peccatum: mundi sunt oculi tui ne videas malū, & respicere ad iniquitatem non poteris.

Sap. 14. Odio tibi sunt Domine impius, & impietas eius.

Pf. 14. 4. Ad nihilum deductus est in conspectu tuo malignus; timentes autem te glorificas.

Pfal. 34. §. 20. Proponentis laudare Deum ob liberationem à tribulatione. Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi? Eripiens inopem de manu fortiorum eius, egenum & pauperem à diripientibus eum.

Pf. 117. Deus meus es tu, & confitebor tibi. Deus meus es tu, exaltabo te. Confitebor tibi & quoniam exaudisti, & factus es mihi in salutē.

Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus. Vide etiam **Pfalm. 56. v. 12. & 13. Pfal. 58. v. 18. & 19. & 20. Pfalm. 65. vers. 11. 12. 13. 14. Pfalm. 68. v. 35. 36. Pfalm. 88. v. 1. & 2. Pfal. 108. v. 29. 30. Pfalm. 103. v. 24.**

§. 21.

§. 21. Proponentis Deum laudare si liberetur. Domine quando respicies? restitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam. Confitebor tibi in Ecclesia magna, in populo graui laudabo te. Et lingua mea ¹¹ meditabitur iustitiam, tota die laudem tuam. Psal. 34.
20. 21.
32.

§. 22. Proponentis Deum laudare ob liberationem à peccatis. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo. Psal. 115. 7.

¹² Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius, in atriis domus Domini, in medio tui Hierusalem.

§. 23. Proponentis laudare Deum etiã vitæ dispendio. Vota mea reddam coram omni populo eius: ¹³ pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Psal. 115. 5.

§. 24. Proponentis laudare Deum ob admiranda eius opera. Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea ¹⁴ cognoscer nimis. Psal. 138. 13.

§. 25. Petentis gratiam laudandi Deum. Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam. Psal. 70. 9.

§. 26. Excitantis se ad laudes Dei. Exurge gloria mea, exurge psalterium & cythara: ¹⁵ exurgam diluculo. Psal. 56. 11.

Laudationem Domini loquatur os meum, & benedicat omnis caro nomini sancto eius. Psal. 144. 22.

in sæculum, & in sæculum sæculi.

Pſalm. 145.1. Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, pſallam Deo meo quamdiu fuero.

§.27. Perentis Deum ab omnibus laudari.
Pſ.66.3. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum.

§.28. Etiam ab vniuersis Regibus.
Pſalm. 137.5.6. Confiteantur tibi Domine omnes Reges terræ, quia audierunt omnia ¹⁶ verba oris tui. Et cantent in viis Domini, quoniam magna est gloria Domini.

§.29. Perentis semper laudari. Sit gloria Domini in sæculum.
Pſ. 103. 32.

§.30. Proponentis se semper laudaturū.
Pſ. 103. 34. Cantabo Domino in vita mea, pſallam Deo meo quamdiu sum.

Viuet anima mea, & laudabit te, & ¹⁷ iudicia tua adiuuabunt me.

Pſalm. 29.15. Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.

Pſalm. 70.16. Os meum annuntiabit iustitiam tuam, tota die salutare tuum.

Pſalm. 144.1.2. Exaltabo te Deus meus rex, & benedicam nomini tuo in sæculū, & in sæculum sæculi.

Per singulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in sæculum, & in sæculum sæculi.

§.31. Laudantis Deum à variis perfectionibus

nibus. Huius generis aspirationes frequentissime occurrunt. Indicabo vnde potissimum perendæ ei cui superius allatæ nõ sunt satis. Hieremiæ c. 32. v. 18. 1. ad Tim. 1. v. 17. Iudæ versu vlt. Apoc. 5. v. 13. & c. 7. v. 10. & 12. Psal. 17. v. 53. Psal. 35. v. 5. Psal. 40. v. 14. Pf. 65. & 19. & 111. Psal. 75. v. 13. Psal. 85. v. 7. & 9. & 14. Psal. 88. v. 7. & c. Psal. 89. v. 2. Psal. 102. v. 6. & 8. Hieremiæ c. 10. v. 6. Dan. c. 2. v. 20. Apoc. c. 15. v. 3. Iob c. 5. v. 9. c. 9. à versu 4. Iterum versu 19. Iob c. 11. v. 8. cap. 12. à versu 13. Iob cap. 26. 6. Iob. 36. vers. 22. & infra Eccl. 18. 3.

ANNOTATIONES.

1. DICITE, &c.] Hæc est materia laudis diuinæ. Opera tua ô Domine præ magnitudine omnibus terrorem incutiant.
2. IN MULTITVDINE, &c.] id est, tanta est virtus & potentia tua, vt mendaces ostendat omnes inimicos tuos, qui te multò etiam minora non posse iactabant.
3. AVDITAM.] id est, vt audiatur.
4. MISERICORDIÆ EIVS.] id est, ipsa beneficia confiteantur Dei laudem, eandem confiteantur mirabilia opera Dei exhibita filiis hominum ad eorum liberationem.
5. IN ID IPSVM.] id est, simul.
6. ELOQVIA, &c.] id est, promissa eius sunt certissima, & probatissima tamquam aurum, &c.

7. PRO-

7. **PROTECTOR.**] Hebraicè scutum.
8. **PROPE EST, &c.**] id est, licet cælo sit excelsior, appropinquanti tamen facilem se exhibet, nec umquam audientiam aut negat, aut differt.
9. **VIDEAS.**] Visione seu scientia approbationis, seu ne approbes.
10. **OSSA.**] id est, non anima tantùm me te laudabit, at corpus etiam, imò omnes partes corporis etiam intimæ & abiectissimæ, quales sunt ossa quæ sensu carent: nec ossa tantùm, sed omnia ossa, etiam minima, si sensum haberent & vocem, exclamarent utique: Domine quis, &c. nihil enim est neque in cælo, neque in terra te fortius, sapientius, benignius.
11. **MEDITABITVR.**] An meditatur lingua? significat itaque ex cordis meditatione, linguam deprædicaturam Dei iustitiam.
12. **VOTA.**] Laudum scilicet & gratiarum actionis.
13. **PRETIOSA, &c.**] id est, quia scio Deum magni facere mortem Sanctorum pro suo honore obitam, reddam ei vota laudis non in angulis solùm, at publicè, etiam si mortem mihi inde imminere intelligam.
14. **COGNOSCET NIMIS.**] id est, cognoscer valdè opera tua esse mirabilia, idque in genere: non enim significatur hîc perfecta cognitio operum Dei.

15. GLORIA, &c.] ô anima mea, quæ es decus meum & gloria mea, exergiscere ad Dei laudes, vos quoque instrumenta musica: tum sibi ipsi respondens subiicit: Exurgam diluculo.

16. VERBA.] id est, promissa tua, quæ in me adimplesti & in seruis tuis.

17. IUDICIA.] id est, mandata tua à me custodita: quæ quidem iudicia dicuntur, eò quòd sint summæ æquitatis Dei decreta.

Lex Dei.

Vide verbo Mandata.

Lingua.

§.1. Petentis linguæ moderationem. Da ^{Psal.}
ut custodiam¹ vias meas, ut non delinquam^{38.1.2.}
in lingua mea. Pone Domine custodiam ori
meo cum consistet peccator aduersum me.

Pone Domine custodiam ori meo, & ^{Psal.}
ostium circumstantiæ labiis meis. Non de-^{140.3.4.}
clinat² cor meum in verba malitiæ ad excu-
sandas excusationes in peccatis.

Quis dabit ori meo custodiam, & super ^{Ecclef.}
labia mea signaculum certum, ut nò cadam^{22.33.}
ab ipsis, & lingua mea perdat me?

Potentis liberari à telis linguæ proximi.

§.2. Domine libera animam meam à la- ^{Psal.}
biis iniquis & à lingua dolosa. ^{119.2.3.} Quid detur
tibi aut quid apponatur tibi ad linguam do-
losam?

AN-

1. VIAS.] id est, actiones meas omnes, vt si fieri possit, ne verbo quidem offendam.

2. COR. & c.] Quia scilicet linguæ lapsus ex cordis oritur prauitate, ne sinas me propensum fieri ad loquendum malos sermones, maximè autem, ne quæram excusationes in peccatis.

3. QUID. & c.] Quasi dicat, Lingua dolosa summum est malum. Quid enim mali ei dari aut addi possit?

Lumen diuinum. V. Vita.

Pfalm.
17. 31.

Postulantis lumen diuinum. ¹ Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine Deus meus, illumina tenebras meas. Vide etiam verbo Vita §. 1.

Pf. 4. 3.

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam; ipsa me ² deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum & in tabernacula tua.

Matth.
20. 33.

Domine vt videam.

Pfalm.
66. 1. 2.

Deus misereatur nostri & benedicat nobis, ³ illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus ⁴ salutare tuum.

Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua.

Pfalm.
89. 19.

Respice in seruos tuos: Et sit splendor Domini Dei nostri super nos.

Isa. 58.
11.

Reple splendoribus animam meam.

No-

Notā fac mihi viā in qua ambulem, quia ad te leuavi animam meam. Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Ps. 142.
10. 11.
Gen. 1. 3

Domine fiat lux.

ANNOTATIONES.

1. QVONIAM, &c.] id est, quia haecenus o- culum interiore cordis mei (qui quasi lu- cerna est qua video) illuminasti, ita quāso perge id facere.

2. DEDUXERVNT.] id est, deducunt in hac periculosa peregrinatione, & adducunt in montem regis caelorum.

3. ILLUMINET.] id est, faciat lucere super nos.

4. SALVTARE.] id est, Christus vera via ad patriam, & vera salus.

Mandata.

§. 1. Optantis mandata Dei seruare. Vti- nam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas. Ps. 118. 5

§. 2. Statuentis ea seruare. Iustificationes tuas custodiam, non me derelinquas v'sque- quaque. Ps. 118. 8

Et custodiam legem tuam semper in sa- culum, & in saeculum saeculi. Psalm. 118. 44.

³ Dixi, custodire legem tuam. Psalm. 118. 57.
In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me. Psalm. 118. 93.

Iuravi, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Psalm. 118. 106.

§. 3. Indi-

- Pſalm. §. 3. Indicantis paratum ſeſe ea ſeruare:
118. 60. Paratus ſum, & non ſum turbatus, vt custo-
diam mandata tua.
- Pſalm. §. 4. Petentis gratiam ea ſeruandi. + In
118. 10. toto corde meo exquiſiui te, ne repellas me
à mandatis tuis.
- Pſalm. Benedictus es Domine, doce me iuſtifi-
118. 12. cationeſtuas.
- Pſalm. 118 Deduc me in ſemitam mandatorum tuo-
35. 36. rum, quia ipſam volui. Inclina cor meum in
teſtimonia tua & non in auaritiã.
- Pſalm. Fiat cor meum immaculatum in iuſtifi-
80. cationibus tuis, vt non confundar.
18. §. 5. Petentis lumen ad ea ſeruanda eo-
rumque intelligentiam. Reuela oculos
meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua.
19. Incola ego ſum in terra, non abſcondas
à me mandata tua.
- Pſalm. Seruus tuus ſum ego, da mihi intellectum,
118. 25. vt ſciam teſtimonia tua.
- Pſalm. Æquitas teſtimonia tua in æternum: In-
118. 144. tellectum da mihi, & viam.
- Pſalm. Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me,
118. 27. & exercebor in mirabilibus tuis.
34. Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem
tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo.
73. Manus tuæ fecerunt me & plasmãuerunt
me: da mihi intellectum, vt diſcam manda-
ta tua.
135. Faciem tuam illumina ſuper ſeruum
tuum:

tuum, & doce me iustificationes tuas.

§.6. Petentis perseueranter ea seruare.

⁵ Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo. 38.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniustitia. 133.

Fac nequando obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, Præualui aduersus eum. Ps. 22. 4.

§.7. Petentis perfectum desiderium ea seruandi.

⁶ Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Psalm. 118. 20.

§.8. Petentis ut ea sola sint sibi lex vitæ.

Legem pone mihi viam iustificationum tuarum, & exquiram eam semper. 33.

§.9. Indicantis ea sibi suauiam. 7 Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in via peregrinationis meæ. Ps. 118. 54.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo! 103.

⁸ Hereditate acquisiui testimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei sunt. 111.

Quomodo dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea est. 97.

Iudicia tua iucunda. 39.

Iugum tuum suaue est, & onus tuum dulce. Matth. 11. 30.

Mandata tua grauiam non sunt. 1. Ioan. 5. 3.

§.10. Agnoscentis eorum utilitatem. Bonum mihi lex oris tui, super millia auri & argenti. 72.

¶ Dilexi

127. Dilexi mandata tua super aurum & Topazium.

109. §. II. Indicantis se ea seruasse vitæ periculo.

⁹ Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam non sum oblitus.

61. Funes peccatorum circumplexi sunt me, & legem tuam non sum oblitus.

51. Superbi iniquè agebant vsquequaque, à lege autem tua non declinaui.

Psalm. Me expectauerunt peccatores, vt perderent me: testimonia tua intellexi.

Psalm. 213. 95. 112. 110. Posuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erraui.

A N N O T A T I O N E S.

1. IUSTIFICATIONES.] id est, mandata: ea autem ita vocantur, quoniam eorum obseruatio iustificat.

2. VSQUEQUAQUE.] id est, in perpetuum.

3. DIXI.] id est, statui firmiter.

4. IN TOTO, &c.] id est, quandoquidem quæsiui te, & gratiū me tibi esse ante omnia volui: Ne repellas me, &c. id est, ne deferas me gratia tua; si enim deferas, idem est ac si repellas, cū sine auxilio gratiæ illa seruare non possim.

5. STATVE, &c.] id est, fac vt per sanctum timorem tuum statuatur, seu confirmetur lex tua in seruo tuo, vt immobiliter in illa hæreat.

6. CON-

6. CONCVPIVIT DESIDERARE, &c.] quasi dicat, Adhuc non desidero nisi imperfectè; opto naque opem tuam, vt ardenterea desiderem, vt desiderium in opus transeat, & mandata tua custodiam omni tempore.

7. CANTABILES.] id est, suavis instar carminum, q. d. Non fuerunt mihi graues.

8. HÆREDITATE.] id est, elegi mihi mandata tua in hæreditatem æternam.

9. ANIMA, &c.] id est, quotidie de vita periclitor ob legis tuæ obseruationem, eam tamen non sum oblitus. Eandem ferè habent sententiam sequentes versus quatuor: vbi supplenda videtur initio particula: quamquam, vel licet: vt, quamquam funes peccatorum, &c.

Maria virgo sanctissima.

§. 1. Laudantis eam ab interna pulchritudine. Tota pulchra es, & macula nō est in te. Cant. 47.

Quàm pulchra es, & quàm decora¹ charissima in delitiis. Cant. 76.

§. 2. A suauitate sermonis. Fauus distillans labia tua: mel & lac sub lingua tua. Cant. 41.

§. 3. A fragrantia operum exteriorum. Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Cant. 41.

§. 4. A virginitate: Hortus conclusus, fons signatus. Cant. 41.

§. 5. A variis virtutibus. ²Emissiones tuæ

Qq 2 para-

paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo, nardus & crocus, fistula & cinnamomum cum vniuersis lignis libani.

Cant. 6.
9. Tu aurora consurgens, tu pulchra vt luna, tu electa vt sol, tu terribilis vt castrorum acies ordinata.

Ecclef.
24. 24. Tu mater³ pulchræ dilectionis, & timoris & agnitionis, & sanctæ spei: In te omnis gratia vitæ & veritatis; in te omnis spes vitæ & virtutis. Et alia quæ passim toto hoc capite continentur, quæ sicut & quàm plurima de libro Canticorum B. V. aprari possunt.

Prou.
31. 29. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas.

ANNOTATIONES.

1. CHARISSIMA, &c.] id est, ad eò vnice dilecta, vt pro magnis eam delitijs reputet celestis sponsus.

2. EMISSIONES.] id est, virtutum actus, quia te emittuntur habent præstantiam omnium eorum fructuum & aromatum, quæ hic varia recensentur.

3. PVLCHRA.] Seu bonæ: est enim turpis & mala dilectio.

Misericordia diuina. Vide Deus.

Iob 23.
6. * Postulantis eam. Nolo multa fortitudine contendas mecum ô Domine, nec magnitudinis tuæ mole me premas.

Psal. 6. 2. Miserere mei Domine quoniã infirmus sum:

sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum, quæ à sæculo sunt. Pf. 24. 6

Secundùm misericordiam tuam memento mei tu propter bonitatem tuam Domine. Pf. 24. 7.

Respice in me & miserere mei, quia vnicus & pauper sum ego. Psalm. 24. 16.

Fiat misericordia tua Domine super nos: quemadmodum sperauimus in te. Psalm. 32. 22.

Tu autem Domine ne longe facias miserationes tuas à me: misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me. Psalm. 39. 12.

* Non secundùm peccata nostra facias nobis, neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis. Psalm. 102. 10.

* Secundùm altitudinem cæli à terra, Psalm. 102. 11.
 2 corrobora misericordiam tuam super timentes te.

* Quomodo miseretur pater filiorum suorum, miserere Domine timentibus te, Psalm. 102. 13.
 & cognosce signum nostrum. Recordare quoniam puluis sumus: homo, sicut fenum dies eius, tamquam flos agri sic efflorescit. 14.

Veniant mihi miserationes tuæ, & viam: Psalm. 118. 77.
 quia lex tua meditatio mea est.

Aspice in me, & miserere mei, secundùm Psalm. 118. 132.
 3 iudicium diligentium nomen tuum.

Q9 3 Misc-

Matt. 15.
22. Miserere mei fili Dauid: Anima mea malè
à dæmonio torquetur.

A N N O T A T I O N E S.

1. SECUNDVM, & c.] Quàm maximè, est enim
quàm maxima distantia cæli à terra.
2. CORROBORA.] id est, confirma, stabili.
3. IUDICIUM.] id est, iuxta consuetudinem
quâ vteris in eos, qui te diligunt.

Morbis.

- Iob. 7. 16 I. Petentis morbum mitigari.
Iob 7. 19 Parce mihi, nihil enim sunt dies mei.
Vsq; quo non parcis mihi? nec dimittis
me, vt glutiam saluam meam?

A N N O T A T I O N E S.

1. PARCE.] Mitius mecum age, & quam
contra me extendisti seueram manum tuam
reuoca.
2. NEC DIMITTIS.] q. d. nec rem tam aliqui
facilem, tamq; necessariam, facere possum
sine maximo dolore.

Mors.

§. 1. Deprecantis mortem, vt possit hîc
Deum laudare.

Psal. 19.
25. 12. Quæ utilitas in sanguine meo, dum de-
scendero in corruptionem? nunquid confi-
tebitur tibi puluis, aut annuntiabit verita-
tem tuam?

Isa. 38.
26. 19. Quia non infernus confitebitur tibi, ne-
que mors laudabit te, non expectabunt, qui
descendunt in lacum veritatem tuam. Vi-
uens,

uens, viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie.

Domine saluum me fac, & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ ^{20.} in domo Domini.

Nunquid mortuis facies³ mirabilia, ⁴ aut ^{Pf. 87. 11} medici suscitabunt, & confitebuntur tibi? Nunquid ⁵ narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam & veritatē tuam ⁶ in perditione? Nunquid cognoscetur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis.

§. 2. Improuisam mortem deprecantis.

Paucitatem dierum meorū nuncia mihi: ^{Pf. 101.} ⁷ ne reuoces me in dimidio dierum meorū: ^{24. 25.} ⁸ in generationem & generationē anni tui.

§. 3. Optantis mortem. Domine secundū ^{Tob. 3. 6} voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum, Expedit enim mihi mori magis quàm viuere.

Moriatur anima mea morte Iustorum, & ^{Num. 23. 10.} fiant nouissima mea horum similia.

Et nūc Domine tolle quæso animā meam ^{Ionx 4.} à me, quia melior est mihi mors quàm vita. ^{3.}

Melior est mors quàm vita amara: & ^{Eccl. 30.} ^{17.} quies æterna quàm languor perseverans.

Desiderium habeo dissolui: & esse cum ^{Philipp. 1. 23.} Christo.

Sufficit mihi Domine, tolle animā meam, ^{3 Reg. 19. 4.} neque enim melior sum, quàm fratres mei.

Vide Gloria cælestis.

Q q 4

Si

Iob 9.
23. Si flagellas, occidas semel, & non de peccatis innocentum rideas.

Pfalm.
5. 8. §. 4. Orantis instante morte. Introibo in domum tuam, adorabo ad templū sanctum tuū, & confitebor nomini tuo Domine. Eam fuisse sub mortis tempus S. Ludouici Galliar Regis aspirationem tradit auctor vitæ eius.

A N N O T A T I O N E S.

1. SANGVINE.] id est, vita mea, si in sepulchrum corruendus descendam.
2. INFERNVS.] Per infernum, mortē, lacum, eos intellige, qui in inferno seu sepulchro & lacu sunt. Qui dicuntur non expectare veritatem Dei, id est, fidelitatem, qua scilicet viuientibus temporalia præstat beneficia.
3. MIRABILIA.] Ea scilicet quæ in viuientibus frequenter operatis.
4. AVT MED CI, &c.] id est, an poterunt mortuos suscitare, qui te laudent?
5. NARRABIT.] Scilicet apud viuos.
6. IN PERDITIONE.] id est, quando perierit secundū corpus.
7. NE REVOCES, &c.] Ne reuoces me de curriculo vitæ in medio cursu, quando minus expecto mortem.
8. IN GENERATIONEM, &c.] id est, Equum est, ô Domine, te id dare mihi, cum anni tui sint æterni.
9. RIDEAS.] Loquitur Iob in amaritudine spiritus, & queritur se Deo tam diris & lentis

tis

ris pœnis torqueri, vt quasi iis delectari videatur; & de hominibus quasi pila ludere, idque ob causas æquissimas v. Tertull. c.7. Scorpiaci, licet hic ludus sanctis sit peracerbus, eumque in se spectatum horreant.

Mundities. V. Oratio. §.2.

Postulantis munditiem cordis. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Psal. 50.11.

Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Ps. 50.3.

*Laua à malitia cor meum. Jerem. 4.19.

ANNOTATIO.

I. SPIRITVM RECTVM.] id est, voluntatem & affectionem rectam, quæ habetur à munditia cordis, quam charitas efficit; per peccatum enim mens distorta efficitur dum conuertitur ad inferiora maximèque ad se amandum: dirigitur autem per charitatem dum conuertitur ad superna, potissimumque ad Deum amandum.

Oratio V. Tribulatio. V. Impj. V. Infirmus.

§ 1. Orantis in tribulatione. Quare in perpetuum obliuisceris nostri? derelinques nos in longitudine dierum? Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur, innoua dies nostros sicut à principio. Thren. 5.20.

Attende Domine de celo, & vide de habitaculo sancto tuo & gloriæ tuæ; vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum Isa. 63. 15.16.

Qq s tuo-

tuorum & miserationum tuarum? super me
continuerunt se. Tu enim Pater noster, tu
Domine Pater noster, Redemptor noster, à
sæculo nomen tuum.

Isa. 64.
8.9. Tu Domine Pater noster es tu, nos verò
lutum; & fictor noster tu, & opera manuum
tuarum omnes nos. Ne irascaris Domine sa-
tis, & ne ultra memineris iniquitatis nostræ,
& respice: populus tuus omnes nos.

Thren.
1.9. Vide Domine afflictionem meam, quo-
niam erectus est inimicus.

Matt. 8.
25. Domine salua nos perimus.

Matt. 14
31. Domine saluum me fac.

Matt. 15.
25. Domine adiuua me.

Matt. 20
31. Miserere mei fili David.

Marc. 4.
38. Magister non ad te pertinet quia perimus?

Ioan. 11.
3. Domine ecce quem amas, infirmatur.

Pf. 45. 1.
3. Deus noster refugium, & virtus, adiutor in
tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.

Pf. 53. 1.
3. Deus in nomine tuo saluum me fac, & in
virtute tua iudica me.

Finem scribendi non faciam, si quæ tum in
Psalmis, tum in ceteris existunt scripturæ locis,
huius generis aspirationes persequi velim,
cōtentus ero præcipua earum loca indicasse.

Videnda itaque Tobia: c. 3. vers. 13. & 22.
Ester c. 14. v. 4. Thren. c. 1. v. 9. 11. 20. & c. 3. v.
19. & tot. c. 5. Danielis c. 3. à vers. 27. Danielis
9. à v. 4. Baruch. c. 2. à v. 14. Baruch. c. 3. v. 1. &
infra. Pf. 30. v. 11. & 20. Pf. 34. v. 20. & c. Pf. 41.
v. 9.

v.9. & 10. & 13. Pl. 42. 2. Psal. 43. v. 25. & c. Psal. 87. v. 2. & 17. & 18. Pl. 21. v. 9. & c. Pl. 67. v. 12.

Huic eidē affectioni seruiunt seq. Psal. vel integri vel magna ex parte Psal. 27. 30. 54. 55. 56. 58. 59. 68. 70. 85. 87. 101. 141. Denique hac aspiratione nil magis obuiū in sacris litteris.

§. 2. Orantis pro remissione peccatorum.

* Dele Domine vt nubē iniquitates meas, ^{Isa. 44. 22.}
& quasi nebulam peccata mea.

Miserere nostri Domine, & depone iniquitates nostras, & proijce in profundum maris omnia peccata nostra. ^{Miche. 7. 19.}

* O fons patens domui Dauid, & habitantibus Ierusalem, in ablutionem peccatoris, & menstruatae. Laua me à peccatis meis in sanguine tuo. ^{Zach. 13. 1. Apoc. 1. 6. Matt. 3. 3.}

Domine si vis, potes me mūdare.

Conuerte Domine manum tuam ad me, & excoque ad purum scoriam meam, & aufer omne stannum meum. ^{Isa. 1. 25.}

Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo, multum est enim. ^{Psal. 24. 11}

Vide humilitatem meam, & laborem meum; & dimitte vniuersa delicta mea. ^{Psal. 24. 19.}

Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit. ^{Psal. 119. 3}

* Quantum distat ortus ab occidente, ^{Psal. 102. 12.}
longe fac à nobis iniquitates nostras.

Et nunc Domine memor esto mei, & ne vindictam sumas de peccatis meis, neque re- ^{Tob. 3. 3 v. etiam Psal. 78.}
miniscaris ^{v. 8. 9.}

miniscaris delicta mea, vel parentū meorū.

Conuertere Domine, & eripe animā meā, saluum me fac propter misericordiā tuam.

Pfalm. 38.14. Remitte mihi, vt ² refrigerer priusquam abeam, ³ & amplius non ero.

Pfal. 39. 13. 47. Circumdederunt me mala, quorum nō est numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem. Multiplicatae sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me: Cōplaceat tibi Domine vt eruas me, Domine ad adiuuandū me respice.

Pf. 40.5 Ego dixi: Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi.

1. Ioan. 1.7. * O sanguis Iesu Christi Filij Dei, emunda me ab omni peccato.

Hebr. 9. 13. 14. Si sanguis hircorum inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quāto magis sanguis tuus Christe, qui per Spiritum Sāctum temetipsum obtulisti immacularum Deo, emundabit conscientiam meam ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti.

Thren. 3.56. §.3. Petentis orationem suam audiri. Vocem meam audi, ne auertas aurem tuam a singultu meo, & clamoribus.

Iudith. * Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio, Deus caelorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ exaudi me miserum deprecantem, & de tua misericordia praesumentem.

Pf. 5.1.2 Verba mea auribus percipe Domine, intellige

tellige clamorem meum: Intende voci orationis meae, Rex meus & Deus meus.

Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terrae, & in mari longè. Psal. 64. 6.

Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. * Et ne auertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me. Psal. 68. 17. 18.

Vide etiam Psal. 17. 7. Psal. 27. 1. 2. Psal. 38. 1. Psal. 54. 1. Psal. 83. 8. Psal. 85. 1. Psal. 101. & Psal. 118. 149. & 169. & 170. Psal. 129. 1. 2.

§. 4. Orantis patrem per filium. Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui. Psal. 83. 10.

Memento Domine * David, & omnis mansuetudinis eius. Psal. 131. 1.

§. 5. * Orantis pro Sacerdotibus. Sacerdotes tui induantur Iustitia, & Sancti tui exultent. Psal. 131. 9.

* Sacerdotes tuos indue salutari. Psal. 131. 18.

§. 6. Orantis pro Rege. Domine saluum fac Regem, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te. Psal. 19. 10.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob, &c. in eodem psalmo. Psal. 19. 1.

* Magnifica salutes Regis tui, & fac misericordiam Christo tuo David, & semini eius usque in saeculum.

§. 7. O-

Pf. 27. 9. §. 7. Orantis pro populo. Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hereditati tue, & rege eos, & extolle illos usque in æternum.

Pfalm. 84. 1. 2. 3. *Benedic Domine terram tuam, auerte captiuitatem Iacob. Remitte iniquitatem plebis tuæ, operi omnia peccata eorum: Mitiga omnem iram tuam, auerte ab ira indignationis tuæ.

Pf. 73. 2. Memor esto Congregationis tuæ, quam possedisti ab initio. Nunquid perdes iustum cum impio? si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate peribunt simul? & non parces loco illi propter quinquaginta iustos, si fuerint in eo?

Gen. 18. 24. §. 8. Orantis pro sanitate recuperanda. V. verbo Sanitas.

Pf. 38. 4. §. 9. *Petentis orandi feruorem. Concaleat cor meum intra me & in meditatione mea exardescat ignis.

Pfalm. 140. 2. §. 10. *Petentis gratiam benè orandi. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sicut sacrificium vespertinum.

Abac. 2. 2. §. 11. Quærentis orationem suam non audiri. Usquequo Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis?

Gen. 18. 28. §. 12. Perseuerantis in oratione. Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis.

AN-

ANNOTATIONES.

1. QVEM AMAS.] Se ipse denotet, orans, sicut sorores illæ fratrem suum Lazarum.
2. VT REFRIGERET.] Intelligens scilicet ante mortem mihi peccata esse remissa.
3. ET AMPLIVS NON ERO.] Supple advena & peregrinus, at ero ciuis Sanctorum. Ita Ambros.
4. DAVID.] id est, Christi, cuius David fuit typus, nec infrequenter vocatur Christus in scripturis nomine David.
5. MAGNIFICA SALVTES.] id est, auge, & multiplica salutem corporis, & animæ, & omnium rerum Regis.
6. SACRIFICIVM, &c.] id est, oratio quam eleuatis manibus fundo, sit tibi æquè grata ac mactatio Agni immaculati, quæ vesperi fiebat.

Passio Christi. V. Christus.

§. I. * Agnoscentis hoc beneficium. Cor- Isa. 50. 6
pus tuum, ô bone Iesu, dedisti percutienti-
bus, & genas tuas vellentibus: faciem tuam
non auertisti ab increpantibus & conspu-
entibus.

Sponsus sanguinum tu mihi es.

* Inglorius fuit inter viros aspectus tuus,
& forma tua inter filios hominum.

Lanasti in ¹ vino ² stolam tuam, & in san-
guine vix pallium tuum.

Exod. 4
26.
Isa. 52.
14.
Gen. 49
11.

* Verè

Isa. 53. 4

* Verè languores nostros tulisti, & dolores nostros ipse portasti, vulneratus es propter iniquitates nostras, attritus es propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super te, & liuore tuo sanati sumus.

Thren.

3. 30.

* Dedisti percutienti te maxillam, saturatus es opprobriis.

Cant. 1.

14.

Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.

Gal. 1. 4

* Dedisti temetipsum pro peccatis nostris, vt eriperes nos de præsentis sæculo nequam.

Rom. 5.

8.

* Commendas (ô piissime Iesu) charitatem tuam in nobis, quoniam cū adhuc peccatores essemus, pro nobis mortuus es.

Zach.

13. 6.

§. 2. Admirantis vnde Christo vulnera. * Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? his plagatus es in domo eorum qui diligebant te.

§. 3. Proponentis se numquam positurum Christi pro se passi memoriam.

Cant. 1.

13.

Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.

Eccl.

29. 20.

* Gratiam fideiussoris non obliuiscar: dedit enim pro me animam suam.

Apoc. 5.

12.

§. 4. * Benedicentis & laudantis Christum de beneficio passionis. Dignus es, ô Agne Dei, qui occilus es, accipere virtutem & diuinitatem, & sapientiam & fortitudinem, & honorem, & gloriam & benedictionem.

§. 5. Gra-

§.5.* Gratiarum agentis. Gratiarum tibi ago Domine Iesu, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. Vide Gratiarum actio §. 7. Apoc. 5. 9.

§.6. Lugentis Christi passionem. Quomodo cecidisti potens, qui saluum faciebas populum Israel? 1. Mach. 9. 21.

§.7.* Compatientis Christo. Doleo super te frater mi * Ionatha decore minis & amabilis, quis mihi tribuat ut ego moriar pro te? 2. Reg. 1. 26.

§.8.* Agnoscentis se mortis Christi causam. Spiritus oris mei Christus Dominus captus est in peccatis meis. Thren. 4. 20.

ANNOTATIONES.

1. VINO.] id est, sanguine.
2. STOLAM.] id est, corpus.
3. BOTRVS CYPRI.] q. d. similis est, ratione pretiosissimi sanguinis, passionis tempore effusi, botro qui in insula Cypro præstantissimus gignitur, ut & in vineis Engaddi in Palæstina.
4. IONATHA.] Significat Ionathas Domini domum; quod quàm Christo congruat satis per se liquet, est enim ipse, cælestis Patris domum ac datum optimum, iuxta illud Ioânis. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. c. 3. 16.
5. SPIRITVS.] Chaldæus ita vertit, Rex, Messias

R r fias

7. 282
 fias, qui nobis dilectus, sicut spiritus vitæ qui est in naribus.

6. IN.] id est, ob peccata nostra.

Patientia.

Iob 23.
 27.
 §. 1. * Postulantis patientiam. Da vt non
 ⁊ peream propter imminentes tenebras, nec
 faciem meam operiat ⁊ caligo.

Pl. 61. 1.
 §. 2. Sese ad patiendum cohortantis. Non-
 ne Deo ⁊ subiecta erit anima mea? ab ipso
 enim ⁊ salutare meum?

Psal. 26.
 14.
 Expecta Dominum, viriliter age, & con-
 fortetur cor tuum, & sustine Dominum.

ANNOTATIONES.

1. PEREAM.] per desperationē & impatien-
 tiā propter calamitates quas vocat tenebras.

2. CALIGO.] Scilicet impietatis, aut Iudicij
 perturbatio, qua fiat vt faciem meam ad te
 leuare nequeam: quasi dicat, Fac vt eam, vt
 soleo leuem, cum fide, spe, & reuerentia.

3. SVBIECTA.] Scilicet verē patientiæ exer-
 citio, non obmurmurando, non contradi-
 cendo, &c.

4. SALVTARE.] id est, salus mea omnis ab
 eo pendet.

Pax.

Pl. 71. 3.
 Postulantis pacem. Suscipiant ⁊ montes
 pacem populo, & colles iustitiam.

Pl. 71. 7.
 Oriatur in diebus nostris Iustitia, & abun-
 dantia pacis ⁊ donec auferatur luna.

Fiat

Fiat pax³ in virtute tua, & abundantia Ps. 121. 7
in turribus tuis.

*Pone fines nostros pacem, & adipe fru- Psalm.
menti satia nos. 147. 4.

Da pacem Domine finibus nostris, dor- Leuit.
miamus, & non sit qui exterreat. 26. 6.

ANNOTATIONES.

1. MONTES.] per quos intellige Regni ma-
iores & nobiliores, vt per colles, viliores &
humiliores. Petitur itaque, vt per Primores
qui primi sint inter se pacifici, descendat pax
ad populum.

2. DONEC, &c.] id est, vsque in finem sæculi,
quãdo auferetur luna, non vt non sit omni-
no, sed ne sit qualis modò est, modò clara,
modò obscura, modò plena, modò nulla.

3. IN.] id est per.

Peccator, peccatum. V. Oratio §. 2.

§. 1. Agnoscentis & dolentis de peccatis. Væ Isa. 1. 2.
mihi peccatori graui iniquitate, semini ne-
quam, filio scelerato; dereliqui Dominum,
blasphemauit Sanctum Israel, abalienatus
sum retrorsum. A planta pedis vsque ad
verticem capitis non est in me sanitas.

Peccaui. quid faciam tibi ò¹ custos ho- Iob 7.
minum. 20.

Iniquitatem meã ego cognosco, & pecca- Ps. 50. 5.
tum meum contra me est semper.

Peccaui cum Patribus nostris, iniuste Psalm.
egimus, iniquitatem fecimus. 105. 6.

R r 2 * Ini-

- Isa. 59.
2.3. * Iniquitates meæ diuiferūt inter me & Deū meum, & peccata mea absconderūt faciem eius à me, ne exaudiret: manus enim meæ pollutæ sunt sanguine, & digiti mei iniquitate. Labia mea locuta sunt mendacium, & lingua mea iniquitatem fatur.
- Isa. 59.
12. Multiplicatæ sunt iniquitates meæ corā te, & peccata mea² responderūt mihi, quia scelera mea mecū, & iniquitates meas cognouit peccare & mentiri contra Dominū, & auersus sum vt irem post tergum Dei nostri, vt loquerer calumnia & trāsgressionem: cōcepi, & locutus sum de corde verba mēdaciū.
- Hier. 2.
13. * Duo mala feci, Deus meus, te dereliqui fontem aquæ viuæ, & fodi mihi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.
- Hier. 3.
13. * Scio iniquitatem meam: quia in Dominum Deum præuaricatus sum, & dispersi vias meas alienis sub omni ligno frondoso, & vocem tuam non audiui.
- Hier. 3.
20. * Quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contemsi te Deus meus.
- Lucas 15.
19. Pater peccaui in cælum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus; fac me sicut vnum de mercenariis tuis.
- Gen. 4.
10. Quid feci? vox sanguinis fratris mei (Christi) clamat ad te Domine de terra.
2. Reg.
12. 13. Peccaui Domino, transfer Domine peccatum meum.

Ne

Ne reputes mihi, Domine mi, iniquitatem, neque memineris iniuriarum serui tui: agnosco enim seruus tuus peccatum meum.

2. Reg. 19. 19. 20.

Peccaui etiam nunc: Dominus iustus: ego & populus meus impij.

Exodi 9. 27.

§. 2. * Agnoscentis peccatum esse mendax & noxium: Ecce venio ad te, tu enim es Dominus Deus meus. Verè mendaces erant colles, & multitudo montium, verè in Domino meo salus mea. ⁴ Confusio comedit laborem fratrum meorum ab adolescentia mea, greges eorum, & armenta eorum, filios eorum & filias eorum.

Hier. 3. 25.

* Domine fortitudo mea & robur meum, & refugium meum in die tribulationis: verè mendacium possedi, vanitatem quæ mihi non profuit.

Hier. 16. 19.

* Expectatio mea Domine, omnes qui te derelinquunt confundentur, recedentes à te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum.

Hier. 17. 13.

§. 3. * Agnoscentis ignorantiam suam. Miluus in cælo cognouit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui; ego autem non cognoui iudicium Domini.

Hier. 8. 7.

§. 4. * Agnoscentis ingratitude suam. Me filium enutristi, ô Domine, & exaltasti, ego autem spreui te. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, ego

R r 3 autem

autem te non cognoui, te non intellexi.

§. 5. Conferentis pristinam felicitatem cum præfenti miseria.

Luc. 15.
17. Quanti mercenarij in domo Patris mei abundât panibus, ego autê hic fame pereor?

Thren.
4.1. Quomodo obscuratum est ^{1o} aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum.

Thren.
4.2. * O fili Sion inclyte, & inuicte auro primo, quomodo reputatus es in vasa testea, opus manuum figuli?

Thren.
4.5. Qui vescebaris voluptuosè interiisti in viis, qui nutrebaris in croceis, amplexatus es stercora.

Videndi etiam versus 7. & 8.

Isa. 1. 27. Quomodo facta es meretrix ciuitas fidelis plena Iudicij: Iustitia habitauit in te, nûc autem homicidæ: argentum tuû versum est in scoriam, vinum tuum mistum est aqua.

Iob 29.
2. §. 6. Desiderantis pristinam felicitatem. Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos, secûdum dies quibus Deus custo diebat me: Quâdo splendebat ¹¹ lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris; Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quâdo secreto Deus erat in tabernaculo meo? quando erat omnipotens mecum?

Hier. 3.
4. §. 7. * Proponētis meliora. A modo vocabo te Pater meus, dux ¹² virginitatis meæ.
Luca
15. 18. Surgam & ibo ad Patrem.

* Ex-

* Exurgam à mortuis, & illuminabit me Eph. 5. 14.
Christus.

Non loquentur labia mea iniquitatē, nec Iob 27. 4.
lingua mea meditabitur mendacium.

§. 8. Detestantis peccatum. Quomodo Gen. 39. 9.
possum hoc malum facere, & peccare in Do-
minum meum?

Propitius sit mihi Dominus ne faciam 1. Reg. 24. 7.
rem hanc.

Propitius sit mihi Dominus, vt non mit- 1. Reg. 24. 8.
tam manum meam in Christum Domini.
Scilicet quantum in se est peccator occidit
Christum.

Per salutem tuam & per salutem animæ 2. Reg. 11. 11.
meæ non faciam rem hanc.

Humēris meus à iunctura sua cadat, & Iob 31. 22.
brachiū meū cū suis ossibus ¹³ confringatur.

§. 9. Petentis puniri ob peccata. Vide Tri-
bulatio §. 11.

§. 10. Petentis occultorum & alienorum Pf. 18. 13.
veniam. Ab occultis meis munda me Domi-
ne, & ab alienis parce seruo tuo.

§. 11. Petentis idipsum de ignorantis & a- Pf. 24. 7.
dolescentiæ vitiis. Delicta iuuentutis meæ,
& ignorantias meas ne memineris Do-
mine.

§. 12. Petentis notitiam peccatorum.

Quantas habeo iniquitates & peccata, Iob 13. 23.
scelera mea & delicta ostende mihi.

§. 13. Petentis liberationem à pœnis pec- Pf. 50. 16.
cato

Rr 4

cato debitis. Libera me de¹⁴ sanguinibus
Deus, Deus salutis meæ, & exultabit lingua
mea iustitiam tuam.

Psalm. §.14. Petentis reditum ad Deum. Erravi
118.176. sicut ovis quæ periit, ¹⁵ quære seruum tuum.

A N N O T A T I O N E S.

1. CUSTOS.] id est, qui obseruas hominum
actiones, &c.
2. RESPONDERUNT.] id est, pœnas à me exi-
git Deus pro ratione meriti.
3. DISPERSI.] id est, varia Idola colui, per
quæ intellige peccata.
4. COLLES.] id est, Dij qui in collibus cole-
bantur, id est, creaturæ, quas deserto Deo
præposterè amasti.
5. CONFUSIO.] id est, peccatum, ab effectu,
quia confundit, & spe frustrat cultorem
suum: ob eam ipsam causam vocatur versu
sequenti mendacium, quia homini menti-
tur ipsumque ludificatur.
6. SCRIBENTVR.] quasi viles, & cælo in-
digni.
7. ADVENTVS.] id est, migrationis in alium
locum.
8. IUDICIUM.] Præcepta, vel ultionem pec-
catorum, quam me eorum pœnitundine de-
clinare volebat.
9. PRÆSEPE DOMINI.] id est, Dominum
præsepis: ei debita, & pro ratione suæ natu-
ræ præstando obsequia.

10. AVRVM.] Per aurum & lapides sanctuarij, &c. intellige charitatem cæterasque virtutes, quibus exornatur animus Iusti. vt & per vasa testea, & stercora, fœditatem & humilitatem vitiorum, quibus se fœdat, & ad quæ se demittit.

11. LVCCERNA.] Eâ significatur fauor diuinus, maximè qui animum spectat, qui que gratiæ munere conferendo, conseruandoque potissimum se prodit.

12. VIRGINITATIS MEÆ.] Illius temporis, quo adhuc virgo existens nullis me prostitueram, id est, nullis commaculaueram peccatis.

13. CONFRINGATVR.] Supplendum, si vel minimo peccato assensus ero.

14. SANGVINIBVS.] id est, pœna debitâ sanguini Viriæ à me effuso: quod ipsum tu de Christi pretiosissimo à te etiam effuso intellige.

15. QVARE.] vt scilicet me ad verum pastorem reducas.

Perseuerantia.

§.1. Postulantis perseuerantiam in bono. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea. ps. 16. 6.

Ne¹ projicias me à facie tua, &² spiritum sanctum tuum ne auferas à me. psalm. 50. 12. 33

Redde mihi lætitiã salutaris tui, & spiritu³ principali confirma me.

R r 5 Manda

Pfalm. Manda Deus virtuti tuæ, confirma hoc
67.29. Deus quod operatus es in nobis.

Ioan. 15. * Mane in me, & ego in te. Sicut palmes nõ
4. potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec ego nisi in te mansero.

Lucæ 8. * Fac ne sim bone Iesu de his qui ad tempus credunt, & in tẽpore tentationis recedunt.
13.

Pf. 89. 3. Ne auertas me in humilitatem: & dixisti Conuertimini filij hominum.

Vide verbo Mandata §.6.

§.2. Proponentis perseuerantiam.

Iustificationem, quam cœpi tenere, non deferam.

Rom. 8. * Nihil me separabit à charitate Christi,
5. non tribulatio, non angustia.

Vide Mandata §.2.

ANNOTATIONES.

1. PROIICIAS.] id est, ne me deferas non amplius in gratiam recipiendum: parum enim mihi esset super niuem dealbari, si tandem à facie tua cum reprobis proiiciendus essem.

2. SPIRITVM.] Qui in me manens me in tua gratia æternum conseruet.

3. PRINCIPALI.] id est, Spiritu Sancto, qui Princeps est omnium spirituum.

4. MANDA.] id est, Impera potentia tuæ, vt opus in me inchoatum bonæ vitæ & virtutis conseruet.

5. IN HUMILITATEM.] id est, ad vilia & abiecta, ad peccata ne sinas me auerti à te vero
&

& pretioso bono: cuius petitionis causam
subdit & dixisti, id est, quia dixisti scilicet per
prophetas Conuertimini, &c. q. d. Equum
est te nō sinere me labi in peccata, qui ad eo-
rum fugam cohortatus es genus humanum.

Resignatio.

Resignantis sese ad dura quælibet & aspe-
ra. Magister sequar te quocumque ieris. Matth.
8.19.

Ego in flagella paratus sum, & dolor meus
in conspectu tuo semper. Psalm.
37.18.

Holocaustum & pro peccato non po-
stulasti, tunc dixi, ecce venio. Psalm.
39.10.

Paratum cor meum Deus, paratum cor
meum, cantabo & psalmum dicam. Psalm.
56.10.

Non mea sed tua voluntas fiat. Matth.
26.42.

Calicem salutaris accipiam & nomen
Domini inuocabo. Psalm.
115.4.

Sicut fuerit voluntas in cælo sic fiat. I. Mach.
3.60.

Quid Dominus meus loquitur ad seruum
suum? si Dominus incitat te aduersum me,
odoretur sacrificium. Iosue 5.
14.
I. Reg.
26.19.

A Domino egressus est sermo non possi-
mus extra eius placitum loqui quidquam. Gen. 24.
50.

Dominus præcepit: & quis est qui audeat
dicere quare sic fecerit? 2. Reg.
16.10.

Quis ego vt contradicam Domino meo? Judith.
12.13.
14.

Omne quod erit ante oculos tuos bonum
& optimum faciam. Quicquid autem tibi
placuerit, hoc erit mihi optimum omnibus
diebus vitæ meæ.

A N-

1. DOLOR.] id est, peccatum, quod mihi doloris continui causa est.
2. PROPECCATO.] id est, hostiã pro peccato.
3. TUNC DIXI.] q. d. Cognoscens te non magno perẽ illi postulare magisq; tibi placere promptã ad omnia voluntatem, ecce paratum me exhibeo tibi in omnibus obsequi.
4. PARATVM, &c.] id est, paratus sum vivere, paratus sum mori, paratus conculcari, paratus imperare.
5. CANTABO.] Supple misericordiam & Iustitiam.
6. CALICEM.] id est, amara quæcumque sustinebo, quia licet amara, at salutaria sunt.
7. ET NOMEN, &c.] Vt scilicet hunc ipsum calicem haurire valeam intrepidẽ, fortiq; animo.
8. ODORETVR.] q. d. Paratus sum occidi, & quasi hostia pro peccato immolari; peto tantum vt mea mors Deo sit accepta, vt odor sacrificij.

Resurrectio. Vide Gloria. Vide Spes §. 3.

Rf. 84. 7.

Postulantis eius gloriam. Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.

Philipp. 3. 21.

Quando reformabis, ô bone Iesu, corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis tuæ?

ANNOTATIONES.

1. MISERICORDIAM.] Eam perfectã petit, vt & salutẽ (quam quidẽ vocat salutare) quarũ vtraque perfecta erit in resurrectione, cùm & corpore & animo beati erimus.

Salus animæ.

Potentis animam suã saluari. Custodi^r ani- Psal. 85. 2.
mam meam, quoniã² sanctus sum, saluũ fac
seruum tuum Deus meus sperantem in te.

Saluum me fac Deus, quoniam intraue- Psal. 68. 1.
runt aquæ vsque ad animam meam.

Saluum me fac ex omnibus persecuti- Psal. 7. 2.
bus me, & libera me.

Tuus sum ego, saluum me fac. Psal. 118. 94.

ANNOTATIONES.

1. ANIMAM.] Vndique ab hostibus obsessam
ne æternum pereat.

2. SANCTVS.] Quia sanctæ fidei & Religio-
nis cultor.

Sanitas.

Eam petentis.

Fac me Domine plenius benedicere te, & Tob. 8. 19.
sacrificium tibi laudis tuæ & meæ sanitatis
offerre, vt cognoscat vniuersitas gentium,
quia tu es Deus solus in vniuersa terra.

Sapientia.

Postulantis eam. Da mihi Domine sedium Sap. 9. 4.
tuarum assisticem sapientiam, & noli me
reprobare à pueris tuis.

* Mitte sapientiam de cælis sanctis tuis, Sap. 9. 10.
&

& à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit, & mecum labore, vt sciam quid acceptum sit apud te.

Sap. 9.
17.

Sensum tuum ô Domine quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum Sanctum tuum de altissimis.

Spes.

Hier. 20
31.

§. I. Sperantis in Deo in rebus aduersis. Dominus mecum est quasi bellator fortis, idcirco qui persequuntur me, cadent, & infirmi erunt; confundentur vehementer.

Thren. 3.
25.

* Bonus es Domine sperantibus in te, animæ querenti te, pars mea Domine dixit anima mea, propterea expectabo te.

Thren. 3.
26. 31.

Bonum est prestolari cum silentio salutare tuum Domine, quia non repelles in sempiternum.

Iob 13.
15.

Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo.

Pf. 12. 4.

Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.

Pf. 3. 34.

Multi dicunt animæ meæ non est salus ipsi in Deo eius. Tu autem Domine, susceptor meus es, gloria mea, & exaltas caput meum.

Pfal. 3. 7

Nô timebo millia populi circūdantis me: exurge Domine saluū me fac Deus meus.

Pf. 41. 7.

Spera in Domino, quoniã adhuc cōfitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus.

Videndi etiam psalmus 26. & pf. 141. v. 7. pf. 24. v. 1. & 7. pf. 30. v. 8. & 18. pf. 45. 2. pf. 51. 11. pf. 55. 4. pf. 59. 13. pf. 60. 2. & c. pf. 61. 7.

Spe.

§.2. Sperantis remissa sibi peccata. Si- Iob 14.
gnasti quasi in sacco peccata mea, sed cu- 17.
raſti iniquitatem meam.

§.3. Sperantis reſurrectionem.

In nidulo meo moriar, & ſicut palma Iob 29,
multiplicabo dies. 18.

Scio quod redemptor meus viuit, & in Iob 19.
nouiffimo die de terra ſurrecturus ſum: & 25.
rurſum circumdabor pelle mea, & in carne
mea videbo Deum Saluatorem meum, Re-
poſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

§.4. Sperantis vitam æternam: Credo vi-
dere bona Domini in terra viuentium.

§.5. Petentis ſpem ſuã nõ fruſtrare. Suscipe Pfalm.
me ſecundùm eloquium tuum, & viuam, & 118.116.
non confundas me ab expectatione mea.

Ad hæc testimoniis tuis Domine, noli me Pfalm.
confundere. vide etiam Pf.30.2. Pf.70.1. 118.31.

§.6. Agnoſcentis in vno Deo ſperadum. Pf.117.6.
Dominus mihi adiutor, nõ timebo quid fa- 7.8.9.
ciat mihi homo. Dominus mihi adiutor, &
ego deſpiciam inimicos meos. Bonum eſt
confidere in Domino, quàm confidere in
homine. Bonum eſt ſperare in Domino,
quàm ſperare in principibus.

ANNOTATIONES.

1. SIGNASTI, &c.] q.d. Licet ea habeas per-
ſpecta, & veluti aſſeruata diligenter, cõfido
tamen te ea remiſiſſe, pænitudine mea ad id
permotum.

2. Ni-

2. NIDVLO.] id est, quiete.

3. PALMA.] Quæ diutissimè viuit & viret, alij vertunt phœnix: vnde fieri potest (inquit Beda) vt sanctus Iob in similitudinē Phœnicis se per mortem in cinere carnis suæ resolutæ, tamquam in nido moriturum dixerit, indeque sperasse se resurrectorum vt phœnicem in gloriam & æternitatem.

Spiritus Sanctus.

Postulantis eius aduentum.

Cant. 4. ¹ Surge ² Aquilo, & veni ³ Auster, perfla
16. hortum meum, & fluent ⁴ aromata illius.

Emitte spiritum tuum, & ⁵ creabuntur, &

Psal. 103. 31. ⁶ renouabis faciem ⁶ terræ.

Psal. 142. 11. * Spiritus tuus bonus deducat me in terram rectam.

ANNOTATIONES.

1. SVRGE.] id est, abi.

2. AQUILO.] per quem Satanas accipitur, est enim aquilo ventus frigidus & siccus ac noxius terræ fructibus, quæ facilè est applicate dæmoni.

3. AVSTER.] ventus est calidus & humidus, aptum Spiritus Sancti symbolum, qui calore vitali, charitatis, ac gratiæ cælestis humore corda fouet & replet.

4. AROMATA.] id est, omnis generis virtutes se prodent.

5. CREABVNTVR.] id est, producentur ab eo varia gratiarum dona in me.

6. TER-

6. TERRÆ.] id est, animæ meæ.

Superbia. V. humilitas.

Eam deprecantis. Nō veniat mihi pes su- Ps. 35. 12.
perbiæ, ibi ceciderūt qui operātur iniquita- Eccl. 23.
tē, expulsi sunt nec potuerunt stare. Extol- 5.
lentiam oculorum meorū ne dederis mihi.

ANNOTATIONES.

1. PES.] id est, affectus.

2. IBI CECIDERUNT.] id est, per superbiā. Pater ex facto Angelorum & primorum parētum, quorum alteri è cælo, alteri è paradiso expulsi: atque initium omnis peccati superbia.

Tentatio. V. Tribulatio. Oratio. Peccatum.

§. 1. Petentis opem diuinam in tentatione. Ps. 73. 20.
Ne tradas bestiis animā confidentem tibi, & animā pauperis tui ne obliuiscaris in finem.

Custodi me à laqueo quem statuerūt mi- Ps. 140.
hi. Vide ps. 139. Domine inuadit me. Tobias.

§. 2. Desiderantis finem tentationū. Quot 3.
sunt dies serui tui? quando facies de perse- Psal. 118.
quentibus me iudicium? 34.

§. 3. Postulantis victoriam in tentatione. Ps. 122. 4.
Illumina oculos meos ne vniquam obdor-
miam in morte, ne quando dicat inimicus
meus, præualui aduersus eum.

Respice in me, & miserere mei, da imperiū Psal. 85.
tuum puero tuo, & saluum fac filiam ancil- 15.
læ tuæ. Fac mecum signum in bonum, vt
videant qui oderunt me, & confundan-

S f tur,

tur, quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.

Judith. Da mihi in animo constantiam, vt contemnam illum, & virtutem vt eueram illum.

9.14. §. 4. Resistentis tentationi Vade post me Satana, non enim scis quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Vide verbo Peccatum. §. 8.

§. 5. Resistētis homini sollicitati ad malū.
* Quid mihi & tibi? Cur efficeis mihi hodie in Satan.

2.Reg. §. 6. Agnoscentis victoriam tentationum, hostium que omnium à Deo esse.
19.22.

Psal. In te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum.
17.32.

Psal. * Tu Deus meus præcinxisti me virtute, & posuisti immaculatam viam meam.
17.34.

Videndi etiam versus, 40. 43. 44. & psalm. 143. v. 1.

Psal. * Impulsus euerfus sum vt caderem, sed tu
13.14. ô Domine suscepisti me: fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus es mihi in salutem.

Psal. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem.
117.15.

A N N O T A T I O N E S.

1. BESTIIS.] id est, dæmonibus, quavis bestia & fera crudelioribus.

2. LAQVEO.] Tentationum scilicet.

3. DIES.] Quibus scilicet durabit tentatio.

4. MORTE.] Peccati scilicet.

5. IMPE-

5. IMPERIVM.] In hostes, fac vt eis preualeam.
 6. SIGNVM.] id est, ostende in me signum aliquod, quod rem bonam, id est, gratiam & fauorem tuum manifestet.

Terra.

* Terræ fruges postulantis. Visita terram, Psal. 64.
 & ¹ inebria eam, ² multiplica locupletare ^{19.10.}
 eam. para cibum ³ illorum.

* Riuos eius inebria, multiplica genimina ^{Psal. 64. 12}
 eius, in ⁵ stillicidiis eius letetur germinans.

* Benedic coronæ anni benignitatis tuæ, & ^{Psal. 64. 12}
 campi tui repleantur vbertate.

Pinguescant speciosa deserti, & exultatio ^{Psal. 64. 12}
 ne colles accingantur.

Da nobis Domine de rore cœli, & de pinguedine terræ abūdantiam frumenti & vini. ^{Gen. 27. 28.}

A N N O T A T I O N E S.

1. INEBRIA.] Explicat quomodo optet visitari, scilicet aquarum irrigatione, sine qua sterilis est terra.
2. MULTIPLICA LOCUPLEARE.] id est, multum illam locuplata, seu bonis omnibus refertam redde.
3. ILLORVM.] Hominum & animantium.
4. RIVOS EIVS.] id est, terræ sulcos abundanter irriga.
5. STILLICIDIIS EIVS.] id est, In Dei pluuia desuper cadente.
6. BENE DIC.] id est, benefactua benignitate totius anni reuolutioni.

Timor Dei.

- Psal.* 118.
20. Postulantis eum. Confige timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui.
- Pf.* 33. 12. * Timorem tuum doce me.
- Pf.* 2. 11. * Fac vt seruiam tibi in timore, & exultem tibi cum tremore.
- Pf.* 86. 17. Latetur cor meum¹ vt timeat nomé tuú.

A N N O T A T I O.

I. VT TIMEAT.] Peto lætitiã, sed cum timore coniunctã.

Tribulatio.

- §. 1. Postulãtis consolatiõẽ in tribulatione.
- Pf.* 30. 23. * Absconde me¹ in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum.
- Hier.* 14.
3. §. 2. Petentis nõ deseri tẽpore tribulationis.
2. Expectatio mea, saluator mi in tẽpore tribulationis? 3. quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinãs ad manendũ.
- §. 3. Petentis liberari.
- Iob* 7. 16. 4. Parce mihi Domine nil enim sũt dies mei.
- Iob* 7. 19. Vsq̃ue quo non parcis mihi, nec dimittis me vt glutiam saliuam meam? videndi etiam duo sequentes versus.
- Iob* 13.
21. 5. Manum tuam longè fac à me, & formido tua non me terreat.
- Iob* 13.
25. Contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris: arque alia eodem capite. Vide etiam totum cap. 14. maximè versu 13. & 14.
- Pf.* 9. 14. Miserere mei Domine, vide⁶ humilitatem meam

meam de inimicis meis.

Vt quid Domine recessisti longè, despicias Psal. 9. 22.
in opportunitatibus in tribulatione?

Videndi etiam psalmus 12. 1. ps. 16. 8. psal.
30. 1. ps. 38. 13. & 14.

§. 4. Recensentis tribulationes suas.

Consulendus Iob c. 16. à v. 9. & c. 17. à v. 6. &
c. 19. à v. 7. & c. 23. v. 1. & 2.

Pharetram suam aperuit Dominus, & affli- Iob 30.
11.
xit me, & frænum posuit in os meum.

In memetipso marcescit anima mea, & Iob 30.
16.
possident me dies afflictionis.

Comparatus sum luto, & assimilatus sum Iob 30.
19.
faullæ & cineri

§. 5. Agnoscentis se iustè puniri. Peccaui, Iob 33.
27.
& verè deliqui, & vt erā dignus non recepi.

* Iustus es Domine, quia ostium ad ira- Thren.
1. 18.
cundiam prouocauit.

* Ego iniquè egi, & te ad iracundiam pro- Thren.
3. 42.
uocauit, idcirco inexorabilis es.

* Peccaui, impiè egi, iniquè gessi Domine Baruch.
2. 12.
Deus meus in omnibus iustitiis tuis: auertatur ira tua à me.

* Peccaui: & in amaritudinibus moratur Iob 17. 2
oculus meus.

* Domine fac propter nomē tuū, quoniam Hier. 11.
7.
multæ sunt auersiones meæ, tibi peccaui.

§. 6. Confugientis ad Deum in tribulatio- Hier. 16.
19.
ne. Domine fortitudo mea & robur meum,
& refugium meum in die tribulationis.

Sf 3 §. 7. Se-

- Hier.
31.16. §.7. Seipsum consolantis in tribulatione.
Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia est merces operi tuo.
- §.8. Prædicantis diuinam consolationem sibi affuisse in ipsa tribulatione.
- Pf.22.4. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.
- Pf.22.5. Parasti in conspectu meo^o mensam aduersus eos qui tribulant me.
- §.9. Equo animo ferentis tribulationem.
- Iob 2.
10.
Iob 1.21. Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus?
- Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit ita factum est, Sit nomen Domini benedictum.
- 1.Reg.3.
18. 1^o Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat.
- §.10. Gaudentis in tribulatione.
- Abac. 3.
17. Ficus non florebit, & non erit germen in vineis: mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum: abscindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præsepibus: ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo.
- 2.Cor.
12.10. Placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo: cum enim infirmor tunc potens sum.
- Iob.34.
36. §.11. Postulantis tribulari ob peccata.
* Pater mi probetur seruus tuus vsque ad finem,

finem, ne desinas ab homine iniquitatis.

II. Postulantis nouas tribulationes.

Quis det vt veniat petitio mea, & quod ex- Iob. 6.
pecto tribuat mihi Deus, & qui capit ipse me 8. 9.
conterat, ¹¹ soluat manū suam & succidat me?

*Hæc mihi sit cōsolatio vt affligēs me dolo- Iob. 6.
re nō parcas, nec contradicā sermonibus tuis. 10.

¹² Pone me iuxta te & cuiusuis manus pu- Iob. 17. 8
gnet contra me.

§. 12. Postulantis ne occasione tribulatio- Ioan. 17.
nis peccet. Non rogo vt tollas me de mundo, 15.
sed vt serues me à malo.

§. 13. Proponentis Deo suam tribulatio-
nem, licet nihil petat.

*Domine puer tuus iacet in domo paraly- Matth.
ticus, & malè torquetur. 8. 6.

Domine anima mea malè à dæmonio tor- Matth.
quetur. 15. 22.

Vide etiam supra verbo Oratio. §. 1. ex
Ioan. 11. v. 3.

§. 14. Agnoscentis tribulationis fructum.

Castigasti me Domine, & eruditus sum Hier. 31.
quasi iuuenculus indomitus. 18.

Bonum mihi quia humiliasti me, vt discam Psal. 118.
iustificationes tuas. 71.

§. 15. Laudantis Deum post tribulationem. Hier. 20.

Cantate Domino, laudate Dominum, quia 13.
liberauit animā pauperis de manu malorum.

Benedictus Dominus qui non dedit nos in Ps. 123.
captionem dentibus eorum. 6.

Si 4

Benedico

Tobia
ii. 17.Benedico te Domine Deus Israel, quia tu
castigasti me, & tu saluasti me.Psal. 29.
1. 13.Agnoscentis se à Deo liberatum, ei que
promittentis laudes.

2. dol.

¹³ Conscidisti saccum meum, & circum-
dedisti me lætitiã, vt canet tibi ¹⁴ gloria mea,
& non ¹⁵ compungar: Domine Deus meus
in æternum confitebor tibi.

3. dol.

Videndi etiam psalmi 39. v. 1. 2. 3. 4. & psal.
123. integer, & alibi frequenter.

4. dol.

A N N O T A T I O N E S.

1. IN

1. IN ABSCONDITO FACIEI.] id est, in loco
abdito, qui est faciei tuæ contemplatio, qui
enim raptus est ad Dei contemplationem, is
summam experitur suauitatem, nec curat ad-
uersa, quæ homines conturbare solent.

2. dol.

2. EXPECTATIO.] id est, spes.

3. dol.

3. QVARE, &c.] Cur me deserturus es, sicut
facit aduena & peregrinus, qui post vnius
noctis moram aliò transit.

4. dol.

4. PARCE.] Non hîc de peccatis agitur, sed
de morbo & supplicio.

5. dol.

5. MANVM.] Scilicet punientem.

6. dol.

6. HVMILITATEM.] id est, afflictionem, quæ
mihi ab inimicis affertur.

7. dol.

7. OPPORTVNITATIBVS.] id est, cum maxi-
mè opportunum & tempestiuum est iuuare
me, tempore scilicet tribulationis.

8. dol.

8. FRÆNUM.] Vt solet equo domando, id
est, morbum & alias calamitates.

9. MEN-

9. MENSAM.] id est, sanctissimam Eucharistiam vel sacras litteras, verum animæ afflictæ pabulū, vel cælestes oblectationes.

10. Verba sunt Heli Sacerdotis, postquam ei multa, domuique suæ aduersa prædixerat puer Samuel.

11. SOLVAT.] Qui enim parcit, videtur habere manum ligatam.

12. PONE, &c.] Per amorem scilicet & feruentem dilectionem, tumque nihil morabor aduersa omnia, quæ ab hominibus inferri possint.

13. CONSCIDISTI SACCVM.] id est, luctum, qui sacco fit, omnem absterfisti.

14. GLORIA.] id est, Gloria qua me liberando affecisti.

15. COMPVNGAR.] id est, non doleam peccati conscientia.

Verecundia.

Postulantis eam. Animæ irreuerenti, & ^{Ecel.} infrunitæ ne tradas me. _{23. 6.}

ANNOTATIONES.

IRREVERENTI.] id est, Impudenti: est impudentia multorum vitiorum maximè carnalium mater.

INFRUNITÆ.] id est, stolidæ: à stoliditate proficiscitur inuerecundia, sicut contra honestas & pudor à Sapientia.

Victoria de hostibus. Vide Bellum.

§. 1. Postulantis eam.

Sf 5

Per-

Deut. 33
11. Percute dorsa inimicorum nostrorum, & qui oderunt nos non confurgant.

Iudith.
6.15. * Domine Deus cali, & terræ intuerere superbiam inimicorum nostrorum, & respice ad nostram humilitatem, & faciem sanctorum tuorum attende: & ostende quoniam non dereliquis præsumentes de te, & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes humilias.

Pf. 58. 12 Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine.

Pf. 82. 14 Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Videndus totus hic psalmus.

Exod.
15. 16. Irruat super eos formido, & pavor in magnitudine brachij tui.

§. 2. Agnoscentis victoriam omnem à Deo existere. Vide. verbo Tentatio. §. 5.

Pfalm.
3. & 4. Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos, afflixisti populos & expulisti eos, nec enim in gladio nostro possedimus terram, & brachium nostrum, & illuminatio vultus tui, quoniam complacuisti in nobis. Vide etiam quatuor sequentes versus.

* Non manus nostra excelsa, sed Dominus fecit hæc omnia.

ANNOTATIONES.

PLANTASTI EOS.] Scilicet Patres nostros, quibus inimicorum vrbes tradidisti, & quasi plantasti in iis, quâdo eas tuo iussu habitârunt.

ILLV.

2. ILLUMINATIO.] id est, fauor tuus.

Vindicta diuina.

§. 1. Postulantis eam in se affligentes.

Vsquequo Domine sanctus & verus non Apoc. 6.
10.
iudicas & non vindicas sanguinem nostrum
de iis qui habitant in terra?

* Iudica Domine nocentes, expugna im- Psalms.
34. 1.
pugnantes me.

Frequentissima est hæc aspiratio in psalmis.

§. 2. Postulantis vt in se sæuiat diuina vin-
dicta.

Ego sum qui peccaui, & ego iniquè egi, isti 2. Reg.
24. 17.
qui oues sunt quid fecerunt? vertatur obse-
cro manus tua contra me, & contra domum
Patris mei.

ANNOTATIO.

1. IUDICA.] id est, Puni.

Virtus.

Potentis eam.

* Possideam mi Domine virtutem, quia Prou.
16. 16.
auro melior est, & acquiram eam, quia pre-
tiosior est argento.

Bonitatem & disciplinam & scientiam do- Pf. 118.
66.
ce me, quia mandatis tuis credidi.

ANNOTATIO.

BONITATEM.] Rectus ordo, vt primo bo-
nitas seu virtus, qua absolutè homo bonus
est, petatur tum disciplina seu prudentia, de-
mum scientia: quod contrà plerique faciunt.

Vita

Pl. 24. 4. §. 1. Petentis lumen ad vitæ statum¹ deli-
 5. gendum. ¹ Vias tuas Domine demonstra mi-
 hi, & semitas tuas edoce me; dirige me in ve-
 ritate tua, & edoce me, quia tu es Deus Sal-
 uator meus.

§. 2. Agnoscentis vitæ breuitatem.

Ecc. 18. Quid est homo, cuius numerus dierum vt
 8. multum centum anni, quasi² guttæ aquæ ma-
 ris deputati sunt, & sicut calculus arenæ sic
 exigui anni in die æui?

Pl. 38. 6. ³ Mensurabiles posuisti Domine dies
 meos, & substantia mea tanquam⁴ nihilum
 ante te.

Pl. 38. 8. Vniuersa vanitas omnis homo viuens.

⁵ In imagine pertransit homo.

§. 3. Petentis vitæ necessaria ad victum cul-
 tumque corporis.

Pro. 30. 8. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi,
 tribue tantum victui meo necessaria.

ANNOTATIONES.

1. VIAS TVAS.] id est, eam vitæ & vitæ ratio-
 nem, quæ tibi imprimis probatur.

2. GUTTÆ.] id est, centum illi anni ad æter-
 nitatem Dei propriam collati, non aliter se
 habent, ac guttæ respectu totius maris, aut
 calculus vnus, respectu innumerabilis arenæ:
 quasi dicat nullam esse comparisonem vitæ
 humanæ & diuinæ cum illa finita sit, hæc in-
 finita.

3. MEN-

3. MENSVRABILES.] Ac proinde breues: quidquid enim sub mensuram cadit, vti que breue est.

4. NIHILVM.] Non modò breues sunt dies nostri, at substantia seu subsistentia nostra & duratio nihil est ante oculos Dei.

5. IN IMAGINE.] id est, instar inanis vmbrae quæ imago rei est, non res ipsa, percurrit homo vitæ huius stadium.

Zelus Vide Amor diuinus.

§ 1. Postulantis zelum animarum.

Zelus domus tuæ comedat me Domine. Ps. 69. 14

Defectio teneat me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Psal. 118. 53.

Tabescere me faciat zelus meus, quia oblitifunt verba tua inimici tui. Psal. 18.

§ 2. * Exerceatis zelum animarum. Contere scelestes & peccatores simul, & qui te dereliquerunt consume. Isai. 1. 28

Deficiant peccatores à terrâ, & iniqui, ita vt non sint. Ps. 103. 35.

Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes, quoniam nequitia in habitaculis eorum, in medio eorum. Ps. 54. 16

Vide etiam psal. 108. ferè totum.

Vtinã abscondantur qui vos conturbant. Gal. 5. 12

Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas nostras. Cant. 2. 15.

Sicut deficit fumus, deficiant, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereât peccatores à facie Dei. Ps. 67. 3.

2 Sa-

Pf. 44. 7. ² Sagittæ tuæ acutæ (populi sub te cadent)
in corda inimicorum Regis.

Pf. 64. 2. ³ Exaudi orationem meam ad te omnis ca-
ro veniat.

ANNOTATIONES.

1. VULPES.] id est, hæreticos dolosos, & astu-
tos vt vulpes, quibus tempestiuè obuiandum
priusquam grandescant. Possunt etiam per
vulpes, mali omnes intelligi, quorum cona-
tus ipso statim initio comprimendi, ne ani-
marum vineas demoliantur.

2. SAGITTÆ.] Intellige prædicationem verbi
Dei, aut cælestes eius inspirationes, quibus
confixi inimici Regis id est, peccatores, con-
cidunt, eique se dedunt.

3. EXAUDI.] id est, Si me exaudies orantem
pro omnium hominum salute, omnes ad te
venient per fidem, spem, & charitatem omnes
te laudabunt, omnes te colent donis & vo-
tis. Amen, amen. Fiat fiat.

F I N I S.

*Ad maiorem Dei opt. max. sanctissimæq; Deiparæ,
& Sanctorum omnium gloriam.*